 ut alter alterum compellet, hoc apud Homerum non est: et si
 esset, haud scio an tam absurdum commentum ferendum pos-
 set videri. Quare puto, colloquentem cum ariete, perinde
 esse ac si dixeris, alloquētem arietem. Quoniā tamen iam
 alibi in citando Homeri loco μνηστῆρας ἀμφοτέρωθεν conui-
 etus tenetur Cicero, ibi videlicet ubi uersus eos qui ab Ulyssæ
 concionante Iliados βροντῆται ἰλλοσ ἰγντὶ νουεμ quo-
 rum primus est, Τλῆτε φίλοι, καὶ μείνατ' ὅπῃ χεῖρον, ὄφρα
 δαῶνιδρ, quos unā cum Ciceroniana interpretatione habuisti
 antea, pag. 64) ab Agamemnone proferri dicit: nimirum est
 hic meritò suspecta nobis eius esse memoria possit. Quid si
 tum quoque, quū dixit, Homerū facere Laertem agrum ster-
 corantē, nō bene uerbi eius quo Homerus usus est, recordatum
 fuisse eū dicamus? Sed de uocis illius significatione ipsū cū uer-
 bo Homeri scholiaste digladiari sinamus. Illa quidē ætē
 uerba quæ Euryclææ Ulyssis lauanti pedes adscribit, Leni-
 tudo orationis, mollitudo corporis, uidetur ex aliquo poeta La-
 tino attulisse: qui nomē quidē huius mulieris ex Homero nu-
 tuatus sit, et in eo etiā illum imitatus, quod eam Ulyssi pedes
 lauāntem induxerit (hoc enim illa ministerium reduci

Vlyssi præbet Od. τ.) sed quod ait, Lenitudinem orationis ab ea laudari & mollitudinē corporis, hoc uerò uel ipse excogitauerit, uel ab aliquo alio quàm ab Homero sumpserit. Iam uerò & aliorū poetarū locos à Cicerone soluta oratione interpretatos uidere tēpus est. Sed prius uersū Homericū à me prætermisū adscribā, hūc, ex Il. i, Ζὸς δὲ σπιν Κρονίδης ἐνδέξια σήματα φάινωι Ασπάρτη. quem Ciceronita De diuin. II interpretatur, Prospera Iuppiter his, dextris fulgoribus edit. Est & hic uersus Il. 6, Ἀσπάρτων ὀπίδξει, ἐραίσμα σήματα φάινωι. ubi ἐραίσμα itidē uerbo prospera explicari possit.

CIC. De off. I, Quod si ea quæ utenda acceperis, maiore mensura, si modò possis, iubet reddere Hesiodus: quidnam, beneficio prouocati, facere debemus? an imitari, &c. IDEM De claris orat. Quāquam illud Hesiodum laudatur à doctis, quod eadem mensura reddere iubet qua acceperis, aut etiā cōnulatione, si possis. HESIODVS in opusculo quod inscribitur ἔργα καὶ ἡμέραι.

Ἐὐ ἰδὲ μετρεῖσθαι ὡς γὰρ γέγονες, δὲ δὲ ἔποδουῖαι,

Αὐτὰ τὰς μέτρω, καὶ λῶϊον, αἶ κε δυνῶαι.

CIC. Tusc. I, Sed quæ tandem est Epicharmi ista sententia? Emori nolo: sed me esse mortuum, nihili aestimo. EPICHARMI Græcum hunc uersum sunt qui Ciceronē expressisse putent, Ἀποθανεῖν ἢ πεθῆναι ἕμοι δὲ φέρεται. Quæ uersum mendo carere adduci non possum ut credam. consului tamen Sexti Empirici (qui hunc uersum citat) cum alia quædam exēplaria, tum uerò Florentinum ac Venetum: in quibus eodem prorsus modo hoc carmen scriptum reperi.

CIC. Tusc. III, Nec siletur illud potentissimi regis antæpæstum, qui laudat senem, & fortunatum esse dicit quod in gloriis sit atque ignobilis ad supremum diem peruenurus. EVRIP. Iphigenia Aulide,

- ζῆλας σὺ γέρον,

lz.ii.

Ζηλᾶς δ' ἠδ' ἀδρῶν ὅς ἀκίηδων
 Βίον ἔξεπέρασ' ἀγῶς, ἀκλεής·
 Τοῖς δ' ἐν ζυγαῖς ἦσαν Ζηλᾶς.

CIC. De fin. II, Quid si etiam iucunda memoria est præteritorum malorum: ut proverbia nonnulla ueriora sint quam uestra dogmata? Vulgò enim dicitur, Iucundi acti labores. Nec malè Euripides (concludam, si potero, Latinè: Græcum enim hunc uersum nostis omnes) Suauis est laborum præteritorum memoria. EURIP. Ἀλλ' ἢ δὴ τὸν σωθῆντα μὴ μὴ ἄλ' πόνων. Idem Cic. in quadā epistola ad Lucium, Habet enim præteriti doloris secura recordatio delectationem.

CIC. De senect. loquens de senibus, Quid, quòd etiam addiscent aliquid? ut Solonem in uersibus gloriātem uidimus: qui se quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicit. Idem ibidem, Ut honestum illud Solonis est, quod ait uersiculo quodā (ut antè dixi) Senescere se multa in dies addiscentem. SOLONIS uersus est hic, Γνεῖσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Idem Cic. eodem libro, Solonis quidem elogium est quo se negat uelle suam mortem dolore amicorum lamen-
 tisque uacare. Eiusdem Solonis uersus sunt hi,
 Μὴδὲ μοι ἄκλαυτος θάνατος μέλοι, θμὰ φίλοις
 Καλλίποιμι θανῶν δῆμα καὶ σοναχάς.

Quos uersus ante a posui cum duobus Latinis, quibus Cicero eos est interpretatus, uersibus.

CIC. De off. II, Itaque quod Apollo Pythius oraculo edidit, spartam nulla re alia, nisi auaritia, esse perituram: id uidetur non solum Lacedæmonius, sed et omnibus opulentis populis prædixisse. Versus Græcus est hic, Α φιλοζηνεπά Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέι. Alij scribunt, ἔλοι: sed longè rectius legitur ὀλεῖ.

CIC. in Oratore, Si Pericles tenui genere uteretur, nun-

quã ab Aristophane poeta, fulgur are, tonare, permiscere Græciam dictus esset. Aristophanis uersus est hic in Achar.

Ἡσπασί, ἔσπορτα, ζυγνέωκα τὴν Ἑλλάδα.

CIC. Tusc. I, Sed hic quidem, quanuis eruditus sit, sicut est, hæc magistro concedat Aristoteli: canere ipse doceat. Bene enim illo prouerbio Græcorum præcipitur, Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. ARISTOPH. σπῆξι, Ἐρσοι ἄς τὸ ἔκαστος εἰδὲ ἰν τὴν τέχνην.

CIC. De fin. III, Quoniam illa uox inhumana & scelerata dicitur eorum, qui negant se recusare quominus, ipsis mortuis, terrarum omnium deflagratio consequatur. quod uulgari quodam uersu Græco pronuntiare solent. Græcus senarius quem Cicero exprimit, est hic,

Ἐμοῦ θανόντος γὰρ ἀμύχοντο πνεύ.

CIC. De diuin. II, Est quidam Græcus in hanc sententiam uersus, Bene qui conijciat, uatem huic perhibeto optimum. Græcus senarius est hic, Μάρτης δ' ἄετος ὄς τις εἰκάζει καλὰς. Alia prouerbia Græca alibi interpretatur, quæ quanuis in carmen redacta non sint, ut quæ modò protuli, tamen his illa adiiciam.

CIC. De off. I, Ex quibus ipsis cætera sic obseruentur, ut in Græcorum prouerbio est, Amicorū esse omnia communia. Græcè, πάντα τὰ φίλων κοινά.

CIC. Tusc. I, Quis igitur Apollo, Nosce te, dicit: hoc dicit, Nosce animum tuum. Græca uerba sunt, Γνωθὶ σεαυτὸν.

CIC. Philip. XII, Cuiusuis hominis est errare: nullius, nisi insipientis, in errore perseuerare. Posteriores enim cogitationes (ut aiunt) sapientiores solent esse. Quum Cicero addit (ut aiunt) ostendit esse prouerbium. est autem de Græcis his uerbis interpretatum, δεύτερας προτιδὲς ἑφώτερας.

CIC. Tusc. V, Mihi quidē in uita, seruanda uidetur illa
lz.iii.

lex quæ in Græcorum conuiuio obinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. Græcè sic, Η πῖν, ἢ ἀπῖν.

CIC. De natura deorum III, Nam de Sagra, Græcorū etiam est uulgare prouerbiū, qui, quæ affirmant, certiora esse dicunt quàm illa quæ apud Sagram. Græcè dicitur, Αλυσίτερον ἢ ὅτι Σάγρα.

CIC. ad Quin. fr. Epist. lib. II, Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris (sed mehercule currentem nunc quidem) ut omnia mea studia in istum unum conferam. Idè lib. 6. Epist. ad Attic. epist. 7, in ipso principio, Quintus filius piè sanè (me quidem certè multum hortante, sed currentem) animū patris sui sorori tuæ recòciliauit. Sed in multis exemplaribus prætermiſſa est interpunctio post participium currentem: adeò ut animum currentem dicturus sis, nisi attenderis. Græca uerba sunt, αὐτὸ δόξα ὀτρύνειν. At uerbum ὀτρύνειν Cicero non solùm hortari, sed etiam incitare interpretatur, eodè utens prouerbio. ut rursus ad Quin. fr. Epist. lib. I, Atque hæc non eo dicuntur, ut te oratio mea dormientem excitasse, sed potius ut currentē incitasse uideatur. Idè scribens ad Cassium, Ut Cæsarem in Italia uiderè (sic enim arbitrabamur) eūque, multis honestissimis uiris conseruatis, ad pacem, currentem, ut aiunt, incitarem.

CIC. Tusc. V, Vexatur idem Theophrastus & libris & scholis omnium philosophorum, quòd in Callisthene suo laudari illā sententiā, Vitam regit fortuna, nō sapientia. Iamblicus senarius est, de hoc Græco senario expressus, Τὸν καὶ ἄνθρωπος ἄρχει, ἢ ὁ θεὸς. qui uersus uidetur in prouerbiū olim exiſſe: ideòque suus illi aptè hīc fuerit locus. nisi quis malit illum inter superiores uersus Græcos, de quibus Cicero uersus Latinos fecit, reponere: sicut & alios præterea duos: quorum alterum habes eodem libro, Et est in aliqua

uita prædicabile aliquid et gloriandū ac præseferendū: ut
 Epaminondas, Consiliis nostris laus est attonsa Laconum.
 Cicero hic primū duntaxat uersum interpretatur ὀπλιῶν
 ματος τῆρασίχου, quod à Pausania tale ponitur in Bæoticis,
 Ημετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν οὐκ εἰσέχει δόξαν,

Μεσσηνὴ δ' ἰερεῖ τέκνα χροῖω δέχεται.

Θήβη δ' ὀπλοισιν μεγάλη πόλις ἐσεφαίαται,

Αὐτόνομος δ' Ἑλλάς πᾶσι ἐν ἡβουλαῖσι. Alterum ponit lib.

De diuin. II, Cræsus Halyn penetrans, magnam peruertet
 ὀρμητὴν. Græcè ita scriptus est hic uersus,
 Κροῖσος ἄγχι δὲ βασιλέως μεγάλου ἐρξὴν καταλύσει.

Omissi autem in præcæditibus hunc Ciceronis in libro de se-
 nectute locum, Pythagoreorumque more, exercendæ memo-
 riæ gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, cō-
 memoro uesperis. Sic Pythagoras in Carm. aureis,

Μηδ' ὕπνον μαλαχοῖσιν ἐπιόμματα πρὸς δέξασθαι,

Περί γε καθεμερινῶν ἐργων τίς ἐκάστω ἐπέλαθῃ.

Πῆ παρέβλω; τί δ' ἐρέξαι; τί μοι δέον οὐκ ἐπιλάθῃ; Extant a-
 lij præterea interpretati uersus apud Ciceronem, non tamen
 à Cicerone. è quibus est ille Euripidis, qui in prouerbij consue-
 tudinē uenit, Μιστὸ θφισὴν ὅς τις ἔχῃ ἀπὸ σοφός. quo significa-
 tur, Ennio interprete, Ne quicquam sapere sapiētem qui ipse
 sibi prodesse nequeat. Sic et ille Homericus, Ἰλιάδ. κ. Πολλὰς
 δ' οὐκ κεφαλῆς πρὸς δελύμοις ἔλατο χροῖταις, id est, Actio inter-
 prete, Scindens dolore identidē intonsam comam. Alios præ-
 terea multos sciens prætermisi, quod hoc libro, unius Cice-
 ronem interpretationes complecti statuerim, reliquas reli-
 quorum omnium et poetarum et oratorum et historicorum
 alij libro alijque tempori reseruari.

VOCVM GRAECARVM
interpretationes quæ passim leguntur
apud Ciceronem.

Ex volumine Rhetoricorum.

¶ Ex libro ad Herennium I.

Exordiorum duo sunt genera: principium, quod Græcè
ἄρχη appellatur: & insinuatō, quæ ἐφοδός nominatur.

Iudicij quæstionariæ sicut oportet: quam nos iudicationem,
Græci κρινομένην appellant.

¶ Ex libro ad Herennium II.

Et item quales argumentationes (quas Græci ἑπιπρύμματα
& appellant) sequi, & quales vitare oporteret.

Conclusiones, quæ apud Græcos ἐπιλογοί nominantur,
tripartitæ sunt.

¶ Ex lib. De inuentione I I.

Accusantur apud ἀμφικτύονας, id est apud commune Græ-
ciæ conciliū.

¶ Ex lib. De orat. I.

Vt apud Græcos infimi homines mercedula adducti, mi-
nistros se præbent in iudicijs oratoribus, ij qui apud illos ἄρχη
ματαιοὶ uocantur: sic in nostra ciuitate contrà, &c.

¶ Ex lib. De orat. II.

Ex tribus istis clarissimis philosophis, quos Romæ uenisse
dixisti, uidet ne Diogenem eum fuisse qui diceret artem se
tradere bene differendi, & uera ac falsa diiudicandi, quæ
uero Græco δὲ γὰρ λέξις ἐκλήθη appellaret?

Urbana etiam dissimulatio est, quum aliter sentias ac lo-

quare. In hoc genere Fannius in Annalibus suis Africanum hunc AEmilianum dicit fuisse, & eum Græco uerbo appellat εἰσώρα. Sed uti ferunt qui melius hæc norunt, Socratem opinor in hac εἰσώσει & dissimulantiâ que longè lepore & humanitate omnibus præstulisse.

Ex lib. De orat. III.

Peripatetici & Academici philosophi olim, propter eximiam rerum maximarum scientiam, à Græcis πολιτικοὶ φιλόσοφοι appellati, uniuersarum rerum publicarum nomine uocabantur.

Quæ membra si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi uerborum ambitus. Sic enim has orationis conuersiones Græci nominant, scilicet ἐξόδους.

¶ Ex lib. De claris oratoribus.

-suadeque medulla: πῦρδω quam uocant Græci: cuius effectus est orator. hanc suadam appellauit Ennius.

Ornari orationem Græci putant, si uerborum immutationibus utantur, quos appellant ἑσπῶς: & sententiarum orationisque formis, quæ uocant ἑμίματα.

Antonius in sententiarum ornamentis & conformationibus eligendis & collocandis, & comprehensione deuincaendis, nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat. quo genere, &c. ἑμίματα enim quæ uocant Græci, ea maximè ornant oratorem.

In his omnibus inest quidam sine ullo fuce ueritatis color. quin etiam comprehensio & ambitus ille uerborum (si sic ἐξόδους appellari placet) erat apud illum contractus & breuis, & in membra quædam, quæ ἑσλά Græci uocant, disperciebat orationem libentius.

Erant autem & uerborum & sententiarum illa lumina, quæ uocant Græci ἑμίματα.

¶ Ex Oratore ad Brut.

Sed in omni re difficillimū est, formā quod $\chi\alpha\epsilon\alpha\chi\tau\eta\rho$ Græcè dicitur) exponere optimi: quòd aliud alijs uidetur optimū.

Datur etiam uenia concinnitati sententiarum, & arguti certique & circumscripti uerborum ambitus conceduntur: de industriā que, non ex insidijs, sed aperte ac palam elaboratur ut uerba uerbis, quasi demensa & paria, respondeant, ut crebrò conferant pugnantia, comparènt que contraria: & ut pariter extrema terminètur, eundemque referant in cadendo sonum, &c. Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum & Leontinum seruē Gorgiam: Theodorum inde Byzantium, multosque alios, quos $\lambda\omicron\sigma\omicron\delta\alpha\iota\delta\epsilon\lambda\omicron\upsilon\varsigma$ appellat in Phædro Socrates.

Hæc igitur quæstio à proprijs personis & temporibus, ad uniuersi generis orationem traducta, appellatur $\delta\epsilon\sigma\iota\varsigma$.

Orator Græcè ab eloquendo, $\rho\acute{\eta}\tau\omega\rho$, & Latine eloquens dictus est.

Quicquid enim est quod sub aurium mensuram aliquā cadit, etiamsi abest à uersu (nam id quidem orationis est uitiū) numerus uocatur: qui Græcè $\rho\omicron\delta\mu\omicron\delta\varsigma$ dicitur.

Ut enim in uita, sic in oratione, nihil est difficilius quàm quid deceat uidere. $\omega\phi\acute{\epsilon}\tau\omega\rho$ appellant hoc Græci: nos dicimus sanè decorum.

Concinnitatem adhibet, quæ uerborum collocationem illuminat his luminibus quæ Græci, quasi aliquos gestus orationis, $\chi\eta\mu\alpha\tau\alpha$ appellant.

Formā eam orationis qua uerba transferuntur, $\epsilon\pi\alpha\lambda\lambda\omega$ Græci rhetores, quia quasi summittantur uerba pro uerbis: $\mu\epsilon\tau\omega\nu\mu\iota\alpha\varsigma$ grammatici uocant, quòd nomina transferantur. Aristoteles autem translationi hæc ipsa subiungit, & abusionem, quā $\alpha\epsilon\tau\alpha\chi\epsilon\nu\omicron\iota$ uocant: ut quum minutum dici-

mus animum pro paruo: & abutimur uerbis propinquis, si opus est: uel quòd delectat, uel quòd deat.

Iam quum fluxerunt contriuæ plures trāslationes, alia planè sit oratio. itaque genus hoc Græci ἀλλοτρεσία, nomine rectè, genere melius ille qui ista omnia trāslationes uocat.

Sunt maximè luminose & quasi actiuose partes duæ: quarum alteram in uniuersi generis quæstione pono, quam (ut suprâ dixi) Græci appellant Σύν: alteram in augendis amplificandisque rebus, quæ ab eis dē αὐξήσις est nominata.

Quicquid enim est illud in quo quasi certamen est controuersia, quæ Græcè κενόμαχος dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quæstionem, atque ut de uniuerso genere dicatur: nisi quum de uero ambigetur, quod quæri coniectura solet.

Duo sunt etiam quæ bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiam faciunt: quorum alterum est quod Græci ἡθικὸς uocant) ad naturam & ad mores, & ad omnem uitæ consuetudinem accommodatum: alterum quod ἰδὲμ παθητικὸς nominant) quo perturbantur animi & concitantur.

Semper hæc quæ Græcè ἀντιθέτα nominant, quum contrarijs opponuntur contraria, numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt, etiam sine industria.

Sed habet nomen inuidiam, quum in oratione iudiciali & forensi numerus Latinè, Græcè ποδμὸς, mense dicitur.

Et ea quæ dicuntur orationis quasi formæ & lumina, quæ (ut dixi) Græci uocant ἄμματα.

Aristoteles trochæum, qui est eodem spatio quo choreus, appellat κρόδακα, quia contractio & breuitas dignitatem non habeat.

In quo quæsitum est, in totòne circuitu illo orationis, quæ Græci περιόδοι, nos tum ambitum, tum circuitum, tum compre-

hensionem, aut cōtūuationem, aut circumscriptionē dicimus.

Nā quum sis his locis usus, quibus ostendi licere, transse-
rēda tota dictio est ad illa, quæ nescio cur, quū Græci κόμματα
καὶ μέτρα nominēt, nos nō rectē in cōsa καὶ μέτρα dicimus.

Ambitum unum est sequuta Asia maximē, qui διχρηστος
uocatur: quum duo extremi, chorei sunt, id est è singulis lon-
gis καὶ breuibus.

Prima sunt illa duo quæ κόμματα Græci uocāt, nos in cō-
sa dicimus: dein de tertium, καὶ λον illi, nos membrum.

¶ Ex libro Topic.

Stoici iudicandi uias diligenter persequuti sunt, eā scien-
tiam quam διαλεκτικὴν appellant. Inueniendi uerò artem,
quæ σοφικὴ dicitur, quæque ad usum potior erat, καὶ ordine
naturæ artē prior, totam reliquerunt.

Eiusdem autem generis uerba sunt, quæ orta ab uno, na-
riē commutantur: ut, sapiens, sapienter, sapientia. hæc uerbo-
rum coniugatio συζυγία dicitur.

Itaque tales argumentationes quæ extrinsecus assumun-
tur, ἀπὸ τοῦ ἄλλου uocant, id est artis expertes.

In diuisione formæ sunt, quas ιδέας uocant: nostri (si qui
hæc fortē tractant) species appellant: non pessimè id quidē,
sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo, καὶ c.

Notionem appello quod Græci tum ἐννοία, tum ἐπινοία
dicunt. ea est insita καὶ antè percepta cuiusque formæ cog-
nitio, enotationis indigens.

At quum de ornamentis uerborū sententiarū que præ-
cipitur (quæ uocantur σχήματα) non sit idem.

Multa etiam ex notatione sumuntur: ea est autem, quum
ex uerbi nominis argumentum elicitur: quam Græci ἐτυμολογία
uocant, id est uerbum ex uerbo) ueriloquium. nos autem no-
tationem uerbi non satis apti fugientes, genus hæc notationem

appellamus: quia sunt uerba, rerum notæ. Ita que hoc idem Aristoteles συμβολον appellat, quod Latinè est nota.

Cuius primus est locus ex coniugatione, quam Græci συζυγία uocant.

Hæc ex pluribus perueniens quod uult, appellatur inductionis, quæ Græcè ἐπιπαράγωγι nominatur: qua plurimum est usus in sermonibus Socrates.

Sunt enim alia contraria, quæ priuantia licet appellamus Latinè, Græcè appellatur στερητικά. præpositio enim IN priuat ea ut, quam haberet si IN præpositum non fuisset. ut dignitas, indignitas: humanitas, inhumanitas, &c.

Sunt etiam ualde contraria alia, quæ appellantur negantia: ea ἀποφατικά Græci, contraria aientibus: ut, Si hoc est, illud non est.

Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrarijs conclusa, quæ ipsi ἐξ ἀντιθέτων appellat: nō quod non omnis sententia proprio nomine ἐξ ἀντιθέτων dicatur: sed, ut Homerus propter excellentiam commune poetarum nomen efficit apud Græcos suum, sic quum omnis sententia ἐξ ἀντιθέτων dicatur, quia uidetur ea quæ ex contrarijs conficiatur, acutissima, sola propriè nomen commune possidet.

Quæstionum duo sunt genera: alterum infinitum, alterum definitum. definitum est, quod ὁριστικὸν Græci, nos casum: infinitum, quod ἄοριστον illi appellant, nos propositum possumus nominare.

Additur etiã descriptio, quam Græci περιγραφὴ uocant.

Refutatio autem accusationis, in qua est depulsio criminis, quæ Græcè ἀντιλογία dicitur, Latinè appellatur status: in quo primum insistet, quasi ad repugnandum, cōgressa defensio.

Sed quæ ex statu contentio efficitur, eam Græci ἀντιλογία uocant. Mihi placet, id (quoniam quidem ad te scribo) qua de re agitur, uocari-

Ex volumine Orationum.

¶ Ex libro IIII. in Verrem.

Ut in curia Syracusis, quem locū illi βουλοθήειον vocāt.
Est consuetudo Sicalorum, cæterorūque Græcorū, quod
suos dies mensēsq̄ congruere uolūt cum solis Lunæque ra-
tione: ut nonnunquam, si quid discrepet, eximant unum ali-
quem diem, aut summum, bi diuum ex mense: quos illi ἐξαιρη-
σιμοις dies nominant.

Itaque C. Verrem, non solum patronum istius insulæ, sed
etiam σωτήρα inscriptum uidi Syracusis. hoc quantum est p̄ta
magnum ut Latino uno uerbo exprimi non possit. Is est nani-
rum σωτήρ qui salutem dedit.

¶ Ex libro VI. in Verrem.

Tertia est urbs, quæ, quod in ea parte Fortunæ sanū an-
tiquum fuit, Τύχη nominata est. Quarta autem est, quæ, quia
postea ædificata est, Νεάπολις nominatur.

Eos qui hospites ad ea quæ uisenda sunt, ducere solent,
et unū quodque ostendere, Syracusani μωσαγωγοις uocant.

¶ Ex libro VII. in Verrem.

Εδικο' δ' οσται, inquit, hoc est, ut Siculi loquuntur, supplicio
affecti ac necati sunt.

¶ Ex Orat. de Arusp. resp.

Nam quid ego de illis ludis loquar quos in Palatio no-
stri maiores ante templum in ipso Matris magnæ cōspectu,
Megalesibus fieri celebrarique uoluerunt? &c. Ita ludos
eos, quorum religio tanta est ut ex ultimis terris acer sita, in
hac urbe confederit: qui uni ludi ne uerbo quidem appellan-
tur Latino (ut uocabulo ipso & appetita religio externa &
Matris magnæ nomine suscepta declaretur) hos ludos serui
fecerunt, serui spectauerunt, tota denique, hoc ædile, seruo-
rum Megalesia fuerunt.

¶ Ex Philipp. XI.

Lumen & decus illius exercitus penè præterij, Canini
Cimbrum Lysidici filium, Lysidicū ipsum Græco uerbo, qui
omnia iura dissoluit.

Ex libris philosophicis.

Ex Academicarum questionum editionis primæ libro

II, qui inscribitur Lucullus.

Socrates, quum aliud diceret atque sentiret, libenter uti
solitus est ea dissimulatione quam Græci εἰρωνεία uocant:
quam ait etiam in Africano fuisse Fannius.

Nec definiiri aiebant necesse esse quid esset cognitio, aut
perceptio: aut (si uerbum è uerbo uolumus) comprehensio,
quam κατὰ λόγον illi uocant: eosque qui persuadere uellene
esse aliquid quod comprehendere & percipi posset, inscienter
facere dicebant: propterea quòd nihil esset clarius εὐρησία,
ut Græci: perspicuitatem, aut euidentiā nos, si placet, nomi-
nemus: fabricamurque, si opus erit, uerba.

Quum enim ita negaret quicquam esse quod comprehen-
di posset (id enim uolumus esse ἀκατάληπτον) si illud esset,
sicut Zeno definiret, tale uisum (iam enim hoc pro παρα-
σία uerbum satis hesternò sermone triuimus) uisum igitur im-
pressum effictumque ex eo unde esset, quale esse non pos-
set, ut ex eo unde non esset: id nos à Zenone definitum re-
ctissime dicimus.

Quòd si essent falsæ notitiæ (ἄνοιας enim notitias appel-
lare tu uidebare) si igitur, &c.

Nam aliter appetitio (eā enim esse uolumus ὀρέω) qua
ad agendum impellimur, & id appetimus quod est uisum,

moueri non potest.

Itaque argumēti conclusio (quæ Græcè ἐστὶ δόξα) ita definitur, Ratio quæ ex rebus perceptis, ad id quod non percipiebatur, adducit.

Sapiētiae uerò quid futurū est? quæ neq; de seipsa dubitare debet, neq; de suis decretis, quæ philosophi uocant δόγματα.

Quoniam enim id haberent Academici decretum (sentis enim iam hoc me δόγμα dicere) nihil posse percipi, &c.

Cætera autem similitudinibus constituit, ex quibus efficiuntur notitiæ rerū, quas Græci tum ἐνοίας, tum ἀεγλήεις uocant.

Ad rerum igitur scientiam, uitaque constantiam aptissima quū sit mens hominis, amplectitur maximè cognitionem: ἔκτα τὸ ληψίον, quam (ut dixi) uerbum è uerbo exprimentes, comprehensionem dicemus, cum ipsam per se amat, &c.

Nunc de assensione atque approbatione, quam Græci οὐκ ἐκτα τὸ ληψίον uocant, pauca dicemus.

Nam quo modo non potest animal ullum non appetere id quod accommodatum ad naturam appareat (Græci id οἰκείον appellant) sic nō potest obiectā rem perspicuā nō approbare.

Et primū quidem hoc reprehendendum, quòd captiosissimo genere interrogationis utuntur: quod genus minimè in philosophia probari solet, quum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. σωπεύτας hos uocant, qui acerrimè efficiunt, uno addito grano.

Ne hoc quidem cernunt, omnia se reddere incerta: quod nolunt: ea dico incerta quæ ἀδύνα Græci.

Primum quū potestis non impediri, quum à ueris falsa non distent? deinde, quod iudicium est ueri, quum sit commune falsi? ex his illa necessariò nata est ἐπιτοχή, id est assensionis retentio: in qua, &c.

At quis est hic? num sophistes? sic enim appellantur ij qui

ostentationis aut quæstus causa philosophantur.

Placet enim Chrysippo, quum gradatim interrogetur, uerbi causa, tria, pauca sint, an multa: aliquanto prius quam ad multa perueniat, quiescere: id est quod ab iis dicitur $\nu\omicron\nu\chi\acute{\alpha}\lambda\epsilon\nu$.

Nempe fundamentum dialecticæ est, quicquid enuntietur (id autem appellatur $\alpha\lambda\iota\omega\nu\alpha$, quod est quasi effatum) aut uerum esse aut falsum.

Nonne etiam dicitis, esse è regione nobis è contraria parte terræ, qui aduersis uestigijs stent contra nostra uestigia, quos $\alpha\nu\tau\iota\pi\omicron\delta\alpha\varsigma$ uocatis?

Zenoni summum bonum est, in his rebus neutram in partem moueri: quæ $\alpha\delta\sigma\epsilon\phi\omicron\epsilon\iota\alpha$ ab ipso dicitur. Pyrrho autem, ea ne sentire quidem sapientem: quæ $\alpha\pi\acute{\alpha}\theta\epsilon\alpha$ nominatur.

Sunt enim Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quæ $\alpha\delta\sigma\epsilon\phi\omicron\epsilon\iota\alpha$ nominantur.

Hoc quidem Zeno gestu faciebat. nam quum extensis digitis aduersam manum ostenderat, uisum, inqueiebat, huiusmodi est: deinde quum paulû digitos constrinxerat, assensus huiusmodi: tum quum planè cõpresserat, pugnumque fecerat, comprehensionem illam esse dicebat. qua ex similitudine etiã nomen ei rei, quod antè non fuerat, $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\iota\pi\omega\nu$ imposuit.

¶ Ex Academicarum quæstionum secundæ editionis libro I.

Quid est enim magnum, quum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum (ita enim appellat $\alpha\tau\omicron\mu\omicron\upsilon\varsigma$) concursione fortuita loqui?

Qui erant cû Aristotele, $\alpha\epsilon\tau\alpha\tau\iota\lambda\iota\omega\iota$ dicti sunt, quia disputabant in ambulantes in Lycio. Illi autem qui Platonis instituo in Academia (quod est alterû gymnasium) cœtus erant & sermones habere soliti, è loci uocabulo nomē habuerunt.

Qualitates igitur appellauit quas ποιότητες Græci uocant: quod ipsū apud Græcos nō est uulgi nomē, sed philosophorū.

Mentem uolebant rerum esse iudicem: solam censebant idoneam cui crederetur, quia sola cerneret id quod semper esset simplex & uniusmodi, & tale quale esset: hanc illi εἰδέναι appellabant, iam à Platone ita nominatam: nos rectè speciem possumus dicere.

Verborū etiā explicatio probabatur, qua de causa quæque essent ita nominata. quam ἐπιμολογίαν appellabant.

Plurima autem in illa tertia philosophiæ parte mutauit. in qua primū de sensibus ipsis quædam dixit noua, quos iuncto; esse cœnsuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus: quam ille φαντασίαν, nos uisum appellemus licet, & teneamus hoc uerbum quidem: erit enim utendum in reliquo sermone sæpius.

Visis nō omnibus adiungebat fidē, sed iis solūm quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerū quæ uiderentur: id autem uisum, quum ipsum per se cerneretur, comprehensibile. feretis hæc? Nos uerò, inquit: quoniam enim modo κατὰ ἀπείρον diceres?

¶ Ex lib. De fin. I.

Ille ἀπείρους quas appellat, id est corpora indiuidua, propter soliditatem, cœnsit in infinito inani, in quo, &c.

Atomi, inane, imagines, quæ εἰδωλα nominant, quorum in cœnsione non solūm uideamus, sed etiam cogitemus: infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν uocant, tota ab illo est: tum innumerabiles mundi, &c.

Iam in altera parte philosophiæ, quæ est querendi ac differendi (quæ λογικὴ dicitur) iste uester planè, ut mihi quidem uidetur, inermis ac nudus est.

Quoniam autem id est uel summum bonum, uel ultimū,

uel extremum, quod Græci τῆρος nominant, quod ipsum nul-
lam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes.

Ex lib. De fin. I I.

Omnes enim iucundum inuicem, quo sensus hilarentur,
Græcè ἡδονῶν, Latine uoluptatem uocant. Et paulo post, E-
gone non intelligo quid sit ἡδονή Græcè, Latine uoluptas?

Vt Heraclius, cognomento qui σοφιστὸς perhibetur, quia
de natura nimis obscurè memorauit.

Quis enim uestrū non edidit Epicuri *ἡδονῶν δόξα*; id
est maxime ratas: quia grauissimæ sint ad beatè uiuē dum
breuiter enuntiat e sententiæ.

Nihil haberem quod reprehenderem, [sub. luxuriosos] si
finitas cupiditates haberent: hoc est dicere; non reprehende-
rem *ἀστωτὶς* si non essent *ἀστωτὶς*.

Ex lib. De fin. I I I.

Cogitationes autem ipsas, uel (si hæc uerba minus placent,
aut minus intelliguntur) *ἀγαθὰ* appellemus licet.

Æstimabile esse dicitur: sic enim (ut opinor) appellamus
id quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid effi-
ciat, ut selectione dignum propterea sit, quod aliquod pon-
dus habeat dignum æstimatione, quam ille *ἀξιό* uocat.

Primum est officium (id enim appello *ἀστωτὶς*) ut se con-
seruet in naturæ statu.

Simul autem æpit intelligentiam, uel notionem potius,
quam appellant *ἐννοία* illi.

Vt statueret in eo collocatum summum illud hominis per
se laudandum & expetendum bonum; quod quum positum
sit in eo quod *ὁμοιογενῶν* Stoici, nos appellemus conuenien-
tiam, si placet: &c.

Appetito animi, quæ *ὁρμή* Græcè uocatur, non ad quod-
uis uitæ genus, sed ad quandam formā uiuē di uidetur data:

l.ii.

Quæ autem nos aut recta aut rectè facta dicimus, si placet, illi autem appellant *κατὰ τὰ δῶματα*, omnes numeros uirtutis continent.

Sētis enim (credo) me iam diu, quod *τέλος* Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum: licet etiam finem pro extremo aut ultimo dicere.

Sed in cæteris artibus quum dicitur artificiosè, posterum quodammodo *εἰ* consequens putandum est: quod illi *ἐπισημαστικὸν* appellant.

Ego assentior Diogeni qui bonum definierit id quod esset natura absolutum: id autem sequens, illud etiam quod prodesset (*ωφέλιμα* enim sic appellemus) motū aut statum esse dixit è natura absoluta.

Nam quum æstimatio, quæ *ἀξιολογία* dicitur, neque in bonis numerata sit, nec rursus in malis, *εἰ*.

Nec uerò perturbationes animorum, quæ uitam insipientium miseram acerbamque reddunt, quas Græci *πάθη* appellant (poterim ego, uerbum ipsum interpretans, morbos appellare: sed non conueniret ad omnia. quis enim misericordiam, aut ipsam iracundiam morbum solet dicere? at illi dicunt *πάθη*. Sit igitur, *εἰ*).

Omnèsque hæc sunt genere quatuor, partibus plures: ægritudo, formido, libido, quàmque Stoici communi nomine, corporis *εἰ* animi *νόσος* appellant: ego malo lætitiā appellare, quasi gestientis animi elationem uoluptariā.

Propterea quod ea non ad corporis incommodū referuntur, sed ad turpes actiones quæ oriuntur è uitis, quas enim Græci *κακίας* appellant, uitia malo quàm malitias nominare. Et paulo post, *ὅτι κακίας* malitiā dixisses, ad aliud nos unum certum uitium consuetudo Latina traduceret. hoc omni uirtuti uitium contrario nomine opponitur.

Quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus $\alpha\kappa\alpha\iota\epsilon\iota\sigma\iota$) non fit maior productione temporis (habent enim suum modum quæcunque opportuna dicuntur) sic recta effectio: $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\rho\theta\omega\sigma\iota\upsilon$ enim ita appello, quoniã rectum factum $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\rho\theta\omega\mu\alpha$.

Itẽmque hinc esse illud exortum quod Zeno $\omega\epsilon\sigma\eta\gamma\mu\acute{\epsilon}\iota\omicron\upsilon$, contrãque quod $\alpha\iota\tau\omicron\omega\epsilon\sigma\eta\iota\delta\iota\omicron\upsilon$ nominauit, quum uteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus ac nouis. Ut enim, inquit, nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem (id enim est $\omega\epsilon\sigma\eta\gamma\mu\acute{\epsilon}\iota\omicron\upsilon$) sed eos qui in aliquo honore sint, quorum ordo proximẽ accedit ut secundus sit ad regum principatum: sic in uita, non ea quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundum locum obtinent, $\omega\epsilon\sigma\eta\iota\delta\iota\omicron\upsilon$, id est producta, nominentur. Quæ uel ita appellemus (id erit uerbum è uerbo) uel promotã, et remota, uel, ut dudum diximus, præpositã, uel præcipua: et illa, reiecta.

Quod enim illi $\alpha\delta\iota\gamma\phi\omicron\omicron\upsilon$ dicunt, id mihi ita occurrit ut indifferens dicerem.

Sequitur illa diuisio, ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia (sic enim appello quæ $\pi\lambda\iota\kappa\alpha$ dicuntur: iam hoc instituatimus, ut placuit, pluribus uerbis dicere quod uno non poterimus, ut res intelligatur) alia autem efficientia, quæ Græci $\pi\alpha\iota\eta\tau\iota\kappa\alpha$: alia, utrunque.

De bona autem fama (quam enim $\alpha\delta\delta\omicron\zeta\iota\alpha$ appellant, aptius est hoc loco bonam famam appellare quàm gloriam) Chrysippus quidem et Diogenes, detracta utilitate, ne dignum quidem eius causa porrigendum esse dicebant.

At illa quæ in concha patula pinnã dicitur, isque qui enat à concha, qui, quòd eam custodiat, $\pi\iota\upsilon\omicron\tau\eta\omicron\upsilon$ uocatur.

Ut uerò conseruetur omnis homini erga hominem societas, coniunctio, charitas, et emolumenta et detrimenta quæ $\omega\phi\epsilon\lambda\iota\mu\alpha\tau\alpha$ et $\beta\alpha\delta\iota\mu\mu\alpha\tau\alpha$ appellant) communia esse uolue-

runt: quorum altera profunt, altera nocent. nec solum ea communia esse uoluerunt, uerum etiam paria esse dixerunt. Incommoda autem et commoda (ita & γενήματα et δόγματα appello) communia esse uoluerunt, paria noluerunt.

Ex lib. De fin. IIII.

Hoc loco tantum dico, à ueteribus Peripateticis Academicisque (qui re consentientes, uocabulis differebant) eum locum, quem ciuilem rectè appellatum uidemur, Græcè πολιτικόν, grauiter et copiose esse tractatum.

Illud enim rectum, quod & τὸ πρῶτον dicebas, contingit sapienti soli.

Naturalem enim appetitionem, quam uocant ὀρεξιόν, etc.

Ista, inquit, quæ dixisti, ualere, locupletem esse, non dolere, bona non dico: sed dicam Græcè εὐνομία, Latine autem, producta: sed præposita, aut præcipua malo: sic tolerabilius et mollius.

Hæc & εὐδοξία illi, nos admirabilia dicamus.

Ex lib. De fin. V.

De summo autem bono quia duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod δῆλον καὶ κοινόν appellabāt: alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, etc.

Vt ipsum per se inuitaret et alliceret appetitum animi, quem ὀρεξιόν Græci uocant.

Democriti autem seueritas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐνομία, eo separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas, ea ipsa est beata uita.

Nam quum sic hominis natura generata sit ut habeat quiddam innatum quasi ciuile atque popolare, quod Græci πολιτικόν uocant: quicquid aget quæque uirtus, id à communitate et ea quam exposui charitate atque societate humana

non abhorrebit.

Id enim ille summum bonum ἀγαθόν, & sæpe ἁδύμιας appellat, id est animum terrore liberum.

At hoc in eo M. Crasso, quem semel ait in uita risisse Lucilius, non contigit, ut ea re minus ἀγαθόν (ut idem ait) uocaretur.

¶ Ex quæst. Tusc. I.

Et quum omnium artium quæ ad rectam uiuendi uiam pertinerent, ratio & disciplina studio sapientiæ, quæ philosophia dicitur, contineretur, &c.

Omne pronuntiatum sic enim mihi in præsentia occurrit uo appellare mē, ἡσυχία, utar post alio, si inuenero melius) id ergo est pronuntiatum quod aut uerū aut falsum esse dicitur.

Ipsius corporis intentionem quandam, uelut in cantu & sibilibus, quæ ἡσυχία dicitur, &c.

Quintum genus adhibet uacans nomine, & sic ipsum animum ἡσυχία appellat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem.

Democritum enim, magnum quidem illum uirum, sed leuibus & rotundis corpusculis efficietem animū concursu quodam fortuito, ornatumus: nihil est enim apud illum, quod non atomorum turba conficiat.

Ino Cadmi filia, nōne ἡσυχία nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris?

Persuadent enim mathematici, terram in medio mundi sitam ad uniuersi cæli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi uocant.

Nec uerò fieri ullo modo posse ut à pueris tot rerum atque tantarum insitas & quasi consignatas in animis notiones, quas ἐνοιας uocant, haberemus: nisi animus, antequam corpus intrasset, in rerum cognitione uigisset. quūmque

nihil esset, ut omnibus locis à Platone differitur (nihil enim putat esse quod oriatur & intereat, idque solùm esse quod semper tale sit, qualè ei dèar appellat ille, nos specie) nō potuit animus hæc in corpore inclusus cognoscere, cognita attulit.

Tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi uniuersi loco, duabus oris distantibus habitabilem & cultum: quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, unde Horriſer Aquilonis stridor gelidas molitur niues: altera Australis, ignota nobis, quam uocant Græci ἡ ἄρα Ἰουα.

Hegesiæ liber est Ἐποκατηρώων, quod à uita quidam per inediam discedens, reuocatur ab amicis: quibus respondens, uitæ humanæ enumerat incommoda.

Ex quæst. Tusc. III.

Num reliquæ quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiæ hæc enim ferè sunt eiusmodi, quæ Græci πάθη appellat: ego poteram morbos, & id, uerbum esset è uerbo: sed in consuetudinem nostram non caderet. nam miserreri, inuidere, gestire, letari, hæc omnia morbos Græci appellant, motus animi, rationi non obtemperantes: nos autem hos eosdè motus concitati animi reſtè, ut opinor, perturbationes dixerimus, morbos autem non satis usitate.

Græci autem uariar unde appellent, non facile dixerim: eam tamè ipsam distinguimus nos melius quàm illi, hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ, patet latius, à furore distinguimus. Græci uolunt illi quidem, sed parum ualent uerbo: quem nos furorem, ἰδία ἰσχυρία illi uocant: quasi uerò atra bili solùm mens, ac non sæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur.

Verisimile etiam illud est, qui sit temperans, quem Græci Ἐσφορα appellat, eamque uirtutem σωφροσύνη uocant,

quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam: sed haud scio an rectè ea uirtus frugalitas appellari possit, quod angustius apud Græcos ualet, qui frugi homines *χρηστικοί* appellant, id est tātummodo, utiles. at illud latius: est enim omnis abstinētia, omnis innocentia: quæ apud Græcos usitation nomen nullum habet, sed habere potest *ἀλάλας*: nam est innocentia affectio talis animi, quæ nocet nemini. Reliquas autem uirtutes frugalitas continet.

Itaque præclarè nostri, ut alia multa, molestiam, solitudinem, angorem, propter similitudinem corporum ægrorū, ægritudinem nominauerunt. Hoc propemodum uerbo Græci omnem animi perturbationem appellant: uocant enim *πάθος*, id est morbum, quicumque est motus in animo turbidus. nos melius: ægris enim corporibus simillima est mentis ægritudo.

Omnibus enim modis fulciendi sunt qui ruunt, nec coherere possunt propter magnitudinē ægritudinis: ex quo ipsam ægritudinem *λύσις* Chrysippus, quasi *λύσις*, id est solutionem totius hominis, appellatam putat.

Quid ille Terentianus ipse se puniens, id est *ἐαυτὸν τιμωροῦμενος*;

Ex quæst. Tusc. IIII.

Quæ Græci *πάθη* uocant, nobis perturbationes appellari magis placet quàm morbos. Et paulo post, Est igitur Zenonis definitio, ut perturbatio sit (quod *πάθος* ille dicit) auersa à recta ratione contra naturam, animi commotio.

Quamobrem simul obiecta species cuiuspiam est quod bonum ui deatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura. id quum constanter prudenter que fit, eiusmodi appetitionem Stoici *βέλησις* appellant, nos appellamus uoluntatem.

Obrectatio autem est ea quam intelligi *ζηλοτυπία* uolo,

ægritudo ex eo quòd alter quoque potiatur eo quod ille ipse concupiuerit.

Excandescencia autem, sit ira nascens & modò existens: quæ δὲ μωσις Græcè dicitur.

Sit libido earum rerum quæ dicuntur de quodam, aut quibusdam, quæ κατηγορηματά dialectici appellant: ut, habere diuitias, capere honores.

Ex perturbationibus autè primùm morbi conficiuntur, quæ uocantur illi νοσήματα, eaque sunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas uitiosam offensionem atque fastidium. deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀρρώστιατα, si sique item oppositæ contrariæ offensiones.

Similitèrque cæteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulierositas (ut ita appellem eam quæ Græcè φιλογυνεΐα dicitur) cæteri que similiter morbi ægrotationesque nascuntur. quæ autem his sunt contraria, ea nasci putantur à metu, ut odium mulierum, quale in μισογυνεΐα est: ut in hominum u-niuersum genus, quod accepimus de Timone qui μισαῖσθρος appellatur.

Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè disputant Stoici: quæ λογικά appellant, quia differuntur subtilius.

Huius uirtutis contraria est uitiositas: sic enim malò quam malitiã appellare eam quam Græci κακίαν appellant. nam malitiã ærti cuiusdam uitii nomen est, uitiositas omnium.

Ex quæst. Tusc. V.

Qui à Græcis σοφοί, à nostris sapientes dicebantur.

¶ Ex lib. De natura deorum I.

Audite, inquit, non commentitias futilè que scētentias, nò opificem ædificatorè que mundi Platonis de Timæo deum, nec animum fatidicam Stoicorum αἰθέριαν, quam Latine licet prouidentiam dicere.

Nam Parmenides commentitium quiddam coronæ similitudine efficit: *σφαῖραν* appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cælum, quem appellat deum.

Quod uerò sine corpore illo deum uult esse, ut Græci dicunt *ἀπώματον*, id quale esse possit, intelligi non potest.

Cleantes autem, qui Zenonem audiuit unà cum eo quæ proximè nominauit, tum ipsum mundum deum dicit esse: tum totius naturæ menti atque animo hoc nomen tribuit, tum ultimum & altissimum, atque undique circumfusum & extremum, omnia cingentem atque complexum ardorem, qui *ἀπὸ* nominetur, artissimum deum iudicat.

Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrinâ anticipationem quandam deorum? quam appellat *ἄεθλον* Epicurus, id est antceptam animo rei quâdam informationem, sine qua nec intelligi quicquâ, nec queri, nec disputari possit. Quod quoniam ferè constat inter omnes non philosophos solum, sed etiam indoctos: fateamur constare illud etiam, hanc nos habere siue anticipationem, ut antè dixi siue prænotionem deorum. Sunt enim rebus nouis noua ponenda nomina: ut Epicurus ipse *ἄεθλον* appellauit, quam antea nemo eo uerbo nominarat.

Epicurus autem qui res occultas & penitus abditas non modò uiderat animo, sed etiam sic tractat, ut manu doceat eam esse uim & naturam deorum, ut primùm non sensu sed mente cernatur, nec soliditate quadam, nec ad numerum, ut ea quæ ille propter firmitatem *σφαιρῶν* appellat, sed imaginibus similitudine & transitione perceptis.

Summa uerò uis infinitatis, & magna ac diligenti cogitatione dignissima est: in qua intelligi necesse est, eam esse naturam, ut omnia omnibus, paria paribus respondeant. hæc *ἰσομορφία* appellat Epicurus, id est æquabilem tributionem.

Hinc uobis extitit primùm illa fatalis necessitas, quam εἰ μὴ ὁρίσθω dicatis, ut quicquid accidat, id ex æterna ueritate causarumque continuatione fluxisse dicatis.

Sequitur μαρτυρὴ uestra, quæ Latinè diuinationi dicitur.

Quid? Diagoras, ἄθεος qui dictus est, postea que Theodorus, nonne aperte deorum naturam sustulerunt?

Non pudet igitur φυσικὸν, id est speculatorem uenatorè-mque naturæ, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium ueritatis?

Itaque in illis selectis eius (de Epicuro loquitur) breuibusque sententiis, quas appellatis κωϊκὰς δόξας, hæc, ut opinor, prima sententia est, &c.

Confugis ad æqualitatem (sic enim ἰσορομίαν, si placet, appellemus) & ais, quoniam sit natura mortalis, immortalè etiam esse oportere.

Tum facibus uisis cælestibus, tum stellis iis, quas Græci κομήντας, nostri crinitas uocant.

Ex lib: De natura deorum II.

Principatū autē id dico quod Græci ἰσημοτικὸν uocāt: quo nihil in quoque genere nec potest, nec debet esse præstātius.

Quumque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim σφαιραῖες interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur: his duabus formis. cōtingit solis ut omnes earum partes sint inter se simillimæ.

Nam ea quæ Saturni stella dicitur, φαίνωνque à Græcis nominatur, quæ à terra abest plurimum, XXX ferè annis circūsum suum conficit.

Infra autem hanc prius à terra Iouis stella fertur, quæ φαίνων dicitur: eaque eundem XII signorum orbem annis XII conficit: easdemque quas Saturni stella, efficit in circūsum uarietates. Huic autem proximum inferiorem orbem tenet

πυρόεις, quæ stella Martis appellatur: eaque IIII & XX mensibus, V (ut opinor) diebus minus, eundem lustrat orbem quem duæ superiores. Infra hanc autem stella Mercurij est: ea τιλῶν appellatur à Græcis.

Infima est quinque errantium, terræque proxima, stella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latine dicitur, quum antegreditur solem: quum subsequitur autem, ἕσπερος.

Sic natura mundi omnes motus habet uoluntarios, contrariisque & appetitiones, quas ὀρμαί Græci uocant, &c. Talis igitur mens mundi quum sit, ob eamque causam providentia appellari rectè possit (Græcè enim πρὸνοια dicitur) hæc potissimè prouidet, & in his maximè est occupata, primū &c.

Saturnum autem, cum esse uoluerunt qui cursum & conuersionem spatiorum ac temporum contineret: qui deus Græcè id ipsum nomen habet, χρόνος enim dicitur: qui est idem χρόνος, id est temporis spatium.

Terrena autem uis omnis atque natura Diti patri dedicata est: qui Dis, ut apud Græcos πλῆτωρ, quia & recidant omnia in terras, & orientur è terris. Is rapuit Proserpinā, quod Græcorum nomen est. ea enim est quæ τῆρσεφὸρν Græcè nominatur. quam frugum semen esse uolunt: absconditāque quæri à matre fingunt. Mater autem est à gerendis frugibus Ceres, tanquā Geres: casūque prima litera itidem immutata, ut à Græcis: nam ab illis quoque δημίτηρ, quasi ημίτηρ, nominata est.

Nam Vestæ nomen à Græcis ductum est: ea est enim quæ ab illis ἑστία dicitur. uis autem eius ad aras & focos pertinet.

Hunc aerem rursus amplectitur immensus æther, qui constat ex altissimis ignibus, &c.

Isti autem quemadmodum asseuerant ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua (quam ποιότητα Græci uocant)

non sensu præditi, sed concurrentibus temerè atque casu, mundum esse perfectum, uel, &c.

Has Græci stellas hyadas uocitare suerunt: à pluëdo: òs enim est pluere. Nostri imperitè suculas, quasi à subus essent, non ab imbribus, nominatæ.

Ex lib. De nat. deor. III.

Consilium illud imperatorum fuit, quod Græci spatium appellat: sed eorum imperatorum qui patriæ consulere, uitæ non parcerent.

Illæ uerò coheret & permanet naturæ uiribus, non deorū: estq; in ea iste quasi consensus, quæ οὐρανὸν ἄστρον Græci uocat.

Quid deinde? Ino dea dicitur quæ Leucothea à Græcis, à nobis Matuta dicitur, quum sit Cadmi filia?

Cur autem arcus species non in deorum numero reponatur? Est enim pulcher, & ob eam causam quia speciè habeat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata.

Διόσκουροι etiam apud Græcos multis modis nominantur: primi tres: qui appellatur Anactes, Athenis ex Ioue rege antiquissimo & Proserpina nati, Tritopatreus, Ebulens, Dionysius. Secundi, Ioue tertio nati ex Leda, Castor & Pollux: Tertij, &c.

Ex lib. De diuin. I.

Vetus opinio est, uersari quandam inter homines diuinationem, quam Græci μαντινὴν appellant, id est præensionem & scientiam rerum futurarum, &c. Itaque ut alia nos melius multa quàm Græci, sic huic præstantissimæ rei nomē nostri à diuis, Græci ut Plato interpretatur) à furore duxerūt.

Quid Aristolochia ad morsus serpentum possit, quæ nomen ex inuentore reperit.

Quid ego, quæ μάγιστρον Cyro illi principi interpretati sunt, ex Dionysii Persici libris proferam? nam quū, &c. scribitis

μάγους dixisse, quod genus sapientum & doctorum habebatur in Persis, &c.

Qui & naturæ rationem, quam φυσιολογίας Græci appellant, notam esse sibi profitebatur.

Nam & Athenienses omnibus semper publicis consiliis diuinos quosdā sacerdotes, quos μάγους uocāt, adhibuerūt.

Hoc nimirum est illud quod de Socrate accepimus, quodque ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur, esse diuinum quiddam quod θεῖον αἶψα appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sæpe reuocanti.

Fatum autem id appello quod εἰμὸς αἰδῶν, id est ordinem seriẽmque causarū, quā causa cause nexa rē ex se gignat.

Ex lib. De diuin. II.

Quomodo autem mentientē, quem ψωδῶδες uocant, dissoluas? aut quem admodum sortiti resistas? quem si necesse sit Latino uerbo, licet ac uerualem appellare: sed nihil opus est. ut enim ipsa philosophia & multa uerba Græcorum, sic Socrates satis Latino sermone tritus est.

Qua ex cognatione naturæ, & quasi concentu atque consensu, quam συντιήσι Græci appellant, &c.

Qui hæc Chaldaeorum natalitia prædicta defendunt, uim quandam esse aiunt signifero in orbe (qui Græcè ζωστήριος dicitur) ualem ut eius orbis unaquæque pars alia alio modo moueat immutetque cælum.

Quum enim illi orbes qui cælum quasi medium diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis διελκωτικῆς nominantur, à nobis finiētes rectè nominari possunt, &c.

Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήματα appellant dialectici, sed nos Latine loqui malumus: præsumptio autem, quam ἀέλιον ἵδμεν uocant, non dabitur.

Non esse autem illud carmen furentis, cuius ipsum poe-

ma declarat (est enim magis artis & diligētiae, quā in cōtentionis & motus) tum uerò ea quæ ἀποστῆς dicitur, quum deinceps ex primis uersus literis aliquid connectitur.

Demosthenes quidem, qui abhinc annos propè trecentos fuit, iam tum φιλιππίδων Pythiam dicebat, id est quasi cum Philippo facere.

Aut enim diuina uis quaedam consulens nobis somniorū significationes facit: aut coniectores ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ, quam uocant συμπάθειαν, quid cuique rei conueniat, ex somniis, & quid quanque rem sequatur, intelligunt.

Quæ est continuatio coniunctioque naturæ, quam ut dixi, uocant συμπάθειαν.

¶ Ex lib. De fato.

Quia pertinet ad mores, quos ἦν Græci uocant: nos etiam partem philosophiæ, de moribus appellare solemus.

Explicandaque uis est ratioque enuntiationū, quæ Græci ἀκρίβεια uocant: quæ de re futura quum aliquid dicunt, de eoque quod possit fieri aut non possit, quam uim habeant, obscura quæstio est, quam ἡ δεισιδαιμονία appellant: tota que est logicæ, quam rationem differendi uoco.

Socratem nōne legimus quem admodum notarit Zopyrus φυσιογώμων, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoscere?

Præcepta appello quæ dicuntur Græcè δεισιδαιμονία.

Si est motus sine causa, non omnis enuntiationis (quod ἀκρίβεια dialectici appellant) aut uera erit, aut falsa.

Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam, quum de clinat atomus internallo minimo. id appellat ἐλάχιον.

Nec nos impedit illa ignaua ratio, quæ dicitur (appellatur enim quidam à philosophis ἀφ' ὧν λόγος) cui si pareamus, nihil est omnino quod agamus in uita.

¶ Ex lib. De leg. I.

Legem doctissimi uiri Græco putant nomine à suum cuique tribuendo appellatam: ego nostro, à legendo. Græcum nomen est νόμος, ἀπὸ τῷ ἐμένει.

Ita fit ut mater omnium bonarum artium sapientia sit: à cuius amore, Græco uerbo φιλοσοφία nomen inuenit.

Ex lib. De leg. II.

Quumque Vesta quasi focum urbis, ut Græco nomine est appellata (quod nos propè idem Græcum interpretatum nomen tenemus) complexa sit, &c. Græcum est ἐστία.

Diuinationem, quæ Græci μαντικὴν appellant, esse censeo.

De sepulchris autem nihil est apud Solonem amplius, quàm ne quis ea deleat, nèue alienum inferat: pœnâque est, si quis bustum (nam id prius appellari τὸ μῦθος) &c.

Ex lib. De leg. III.

Græci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creantur: nec hi solùm literas (nam id quidem etiam apud maiores nostros erat) sed etiam facta hominum obseruabant, ad legesque reuocabant.

¶ Ex lib. De uniuers.

Id optimè assequitur quæ Græcè διαλογία, Latinè (audendum est enim, quoniam hæc primùm à nobis nonantur) comparatio proportiōne dici potest.

Mundus globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci uocant: cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur.

Quas internallis ita locabat, ut in singulis essent bina

media: uix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότηας appellant: sed quasi ita dixerim, intelligatur: erit enim planius.

Animus autem oculorum effugit obtutum. est autem unus ex omnibus, rationis contētionisque (ἐπιμωρία Græcè) sempiternarum rerum & sub intelligentiam cadentium compos & particeps.

Circūque cælum æqualiter distribuit, ut hunc uarietate distinctum bene Græci κόσμος, nos lucentem mundum nominaremus.

Reliquorum autem quos Græci δαίμονας appellant, nostri (opinor) Lares: si modo hoc rectè conuersū uideri potest.

¶ Ex lib. De off. I.

Perfectum autem officium, rectum (opinor) uocamus, quod Græci κατὸρθωσια: hoc autē, cōmune, quod ἵκε δίκον uocat.

Hoc loco continetur id quod dici Latine decorum potest: Græcè enim ὀρετόν dicitur.

Duplex est enim uis animorum atque naturæ: una pars in appetitu posita est, quæ est ὄρμη Græcè: quæ hominem huc & illuc rapit, &c.

Multæque multorum facietè dicta: ut ea quæ à sene Cætone sunt collecta, quæ uocantur ἀποφθεύματα.

De Græcis autem dulcem & facetum, festiuiq; sermonis, atque in omni oratione simulatorem (quem εἰρωτα Græci nominauerunt) Socratem accepimus.

Deinceps de ordine rerum & temporum opportunitate dicendum est. Hæc autem scientia continet eam quam Græci ἀταξία nominant, non hanc quam interpretamur modestiam: quo in uerbo modus inest. sed illa est ἀταξία, in qua intelligitur ordinis conseruatio.

Princépsque omnium uirtutum est illa sapientia, quam
 Ἐπίαν Græci uocant. prudentiam enim, quam Græci φρόνη-
 αν dicunt, aliam quandam intelligimus:

Ex lib. De off. 11.

Sapientiam qui expetunt igitur, φιλόσοφοι nominantur:
 nec quicquam aliud est φιλοσοφία (si interpretari uelis) quàm
 studium sapientiæ:

Alterum eorum in quibus uirtus uertitur, est cohibere mo-
 tus animi turbatos, quos Græci πάθη nominant: appetitio-
 nes, quas illi ὀρμαί, obediens efficere rationi.

¶ Ex libro De senectute.

Bene enim maiores acubationem epularem amicorum,
 quia uitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt:
 melius quàm Græci, qui hoc idem tum comotationem, tum
 concanationem uocant. Vertit συμπόσιον ἢ συνδῆπνον.

Quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in libro qui
 est de tuenda re familiari: qui οἰκονομικὸς inscribitur.

¶ Ex Paradoxis.

Ego uerò illa ipsa, quæ uix in gymnasiis ἔ in otio Stoici
 probant, ludens conieci incommunes locos, quæ quia sunt
 admirabilia, contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam
 ἄγξιδοξα appellantur.

¶ Ex somnio Scipionis.

Er at autem is splendidiſſimo candore inter flammis cir-
 culus elucens, quem uos (ut à Grauis accepisti) orbem lacteū
 nuncupatis. Græcè κύκλος γαλαξίας.

Ex volumine Epistolarum.

Ex lib. I. Epistolarum quæ appellantur familiares.

Sed præsta te eum, qui mihi à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus. Græcè dicitur Ἐπίπαλιν ὀνύχων.

Ex libro IX.

Sapiētius nostri quàm Græci: illi συμπόσια aut συνδηπία, id est computationes aut concœnationes: nos conuiuia, quòd tum maximè simul uiuitur.

Sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, quum esset obiectum habere eum Laïda: Habeo, inquit Laïda: non habeor à Laïde. Græcè hoc melius: tu si uoles, interpretabere. Græca uerba sunt, Ἐχὼ Λαΐδα, εἴς ἐκ ἔχομαι.

Ex libro XIII.

A te peto ut scribas ad tuos, posse tua uoluntate decretum illud Areopagitarum (quem ἑρωμημαπορῶν illi uocāt) tolli.

Ex libro XV.

Neque id κατ' εἰδῶλων φαντασίας, ut dicunt tui amici noui: qui putant etiam δῖσνονικαὲ φαντασίας spectris Catianis excitari. nam (ne te fugiat) Catius Insiber Epicureus, qui nuper mortuus est, quæ ille Gargettius, etiam antè Democritus εἰδῶλα, hic spectra nominat, &c.

Ex libro XVI.

Mihi pro a Ἐπύππις, ut Græcorum prouerbiū est, fuit à me tua dimittendi, ut rationes nostras explicares. Græcè dicitur, Ἐπύππις καὶ ἑρωμημα.

¶ Ex lib. III. epist. ad Quin. frat.

Illud, μὴ ἴσταντον, noli putare ad arrogantiam minuendam solū esse dictum, uerū etiam ut bona nostra norimus.

¶ Ex epist. ad Attic. lib. I.

Cetera non possunt habere eandem neque uim, neque uenustatem, remoto illo studio contentionis, quem ἀγῶνα uos appellatis.

Ex libro III.

Sumant membranulam ex qua indices fiant, quos uos Græci ut opinor συλλάβες appellatis.

Ex libro VII.

Quòd si δήμοις oppida uolumus esse, tam est oppidum Sullanum, quàm Piræus.

Ex libro XIII.

Et mehercule nunc, quum ita simus affecti ut non possimus planè simul uiuere (intelligis enim profectò quo maxime posita sit συμείωσις) facilè patiebar nos potius Romæ uenà esse quàm in Tusculano.

Brius mihi T. Ligarij uerbis nuntiauit, quòd appelletur L. Cursidius in oratione Ligariana, erratum esse meum, sed, ut aiunt, ἠντιμετὸν ἀμείψματα.

Puteolis se aiebat unum diem fore, alterum ad Baias habes hospitium, siue ἑξήσαθμιαι.

Ex libro XVI.

Quod de inscriptione quaeris, non dubito quin τὸ καθήκον officium sit, nisi quid tu aliud: sed inscriptio plenior De officiis. τὸ εὐπρωδὸν autem Ciceroni filio: uisum est non εἰ οὐκ εἶδον.

Sed ut aliud ex alio, mihi non est dubium quin quod Græci καθήκον, nos officium.

CICERONIS ALII LO-
 ci, in quibus verba quædam Græca
 interpretatur: sed ipsas Græcas vo-
 ces, vt in superioribus locis, nō ad-
 scribens: alicubi etiã interpretari
 se quasi dissimulans.

CIC. Acad. quæst. editionis secundæ lib. I, Vt in pedibus
 celeritatem, vim in manibus, claritatem in uoce, in lingua e-
 tiam explanatam uocum impressionem. Cicero τῶντων hic
 reddidit impressionem. Paulo pōst, Naturæ celeritatem
 ad discendum & memoriam dabant. ἁμαξία, quam alibi
 uno uerbo docilitatem appellat, hic celeritatem ad discendū
 uocat. Paulo pōst, In quibus erat philosophia ipsa: in qua
 quod inchoatum est neque perfectum, progressio quædã ad
 uirtutem appellatur. Quam Cicero progressionem appellat,
 ἀεὶ ἄνωθεν Græcè dicitur.

Ibidem, Principes qualitates sunt unius modi & simpli-
 ces: ex iis autem ortæ, uariæ sunt & quasi multiformes. Ci-
 cero pro Græco nomine ποικίλεις Latinum multiformes ponere
 uoluit: cuius ut nouitatem quodammodo excusaret, quasi
 dixit. Paulo pōst, Ergo illa, initia, & ut è Græco uertam,
 elemēta dicuntur. στοιχία Græcè. Paulo pōst, Sed subiectam
 putant omnibus sine ulla specie, atque carentem omni illa
 qualitate materiã quandã. ὑλὴ ἀπὸς dixit Cicero ma-
 teriam omni qualitate carentem. Paulo pōst, Et materiã
 ipsam totam penitus commutari putant, & ita effici quæ ap-
 pellant qualia. Cicero per qualia intelligit τὰ ποία uel τὰ
 ποικίλα.

Ibidem de Zenone loquens, Cetera autem etsi nec bona nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia nature esse contraria. iis ipsis alia interiecta et media numerabat. Quae autem secundum naturam essent, ea sumenda et quadam aestimatione dignanda docebat: contrariae contraria. Neutra autem in mediis relinquebat, in quibus ponebat nihil omnino esse momenti. Sed quae essent sumenda, ex iis alia pluris esse aestimanda, alia minoris. quae pluris, ea praeposita appellabat: reiecta autem, quae minoris. *οικια*, ea quae secundum naturam essent: quae nature contraria, *δυστοια* Stoici appellabant. Idem Cicero in Lucullo *οικια* accommodatum ad naturam interpretatur: ubi ait, Nā quomodo non potest animal ullum nō appetere id quod accommodatum ad naturam appareat (Graeci id *οικια* appellant) sic non potest, etc. Quae autem Cicero dicit, Sumenda et quadam aestimatione dignanda, *τιμια καὶ ἀξια* et *χρητα* uocabantur. Praeposita autem, *προτιμια*. Reiecta, *ἀποτιμια*. At ea in quibus ponebat nihil omnino esse momenti, *ὄλιγος ἀφαιρη* dicebantur. Quod autem Cicero paulo post dicit, Perturbationes opinionis iudicio suscipi, hisce Graecis uerbis respondet, *κρίσις τῶν εἰρησίων καὶ λογισμῶν τὰ παθητά*.

CIC. De fin. II, de Epicuro loquens, Eūque qui crebrè dicat, diligenter oportere exprimi quae uis subiecta sit uocibus, non intelligere interdum quid, etc. Cicero dicens, Quae uis subiecta sit, Graecā uocē Epicuri *ὑποτιμια* expressit.

Ibidem, ut enim consuetudo loquitur, id solū dicitur honestum, quod est populari fama gloriosum. Idem in Lucullo, Audi, inquit, contra illos qui nomen honestatis a se ne intelli- gunt quidem dicunt: nisi fortè, quod gloriosum sit in uulgus, id honestum uelimus dicere. Quum Cicero dixit uno in loco gloriosum populari fama, altero, gloriosum in uulgus, ἐν δόξῳ m.iiii.

interpretari uoluit. Dicebat enim Epicurus, ἢ μὴ δὲν εἶναι τὸ καλόν, ἢ ἂν ἐκ τὸ ἐνδοξόν.

Ibidem, Individua & intermundia, quæ nec sunt ulla, nec possunt esse, intelligimus: uoluptas quæ, &c. Individua & intermundia uocat ἂ τὸ μοις & μετακόσμια.

Ibidem, Turtures & arsu & peregrinatione lætantur: congregatione aliæ cœtum quodammodo ciuitatis imitantur. Non possit quisquam aptius uerba Græci Aristotelis ἀρχαῖα ζῶα & πολιτικά Latinè interpretari.

Ibidem, Quæ autem est alia causa erroris tanti tam longè latè que diffusi, nisi quòd is qui uoluptatem summum bonum esse decernit, non cum ea parte animi in qua inest ratio atque consiliū, sed cum cupiditate, id est cum animi leuissima parte, deliberat? Hic Cicero τὸ ἄπειρο μνησκὸν cupiditatè interpretatur: τὸ λογιστικὸν partem animi in qua inest ratio atque consilium.

CIC. De fin. III, Quæ uerò illa quæ officia esse dixi, proficiantur ab initiis naturæ, ad ea hæc referri necesse est: ut rectè dici possit, omnia officia eo referri, ut adipiscamur principia naturæ. Stoicorum uerba sunt apud Plutarchū, τὸ πάντα τὰ παρ' ἐαυτὸν ποιεῖν ἕκαστον, ἐνεκα τῶ πυχᾶν ἐν τῷ ὡσώτων κτ' φύσιν, ἐπ' οὐκ εἶνο δὲ πάντα ἔχον τὰ ὡσώτων ὁμῶρα τὴν ἀναφορᾶν, τὸ πυχᾶν ἐν τῷ ὡσώτων κτ' φύσιν. Hic quæ uerba quibus respondeant, tu uide.

Ibidem, Sed quum ab his omnia proficiantur officia, non sine causa dicitur, ad ea referri omnes nostras cogitationes: in his & excessum è uita & in uita mansionem. uerw è ἐν τῷ βίῳ καὶ ἔξω βίῳ interpretatur mansionem in uita & excessum è uita.

CIC. De fin. IIII, Stoicos irridens, ait, At quare tu conātur? mundum hunc omnem oppidum esse nostrum. ināndie

igitur eos qui audiunt. Vide quantam rem agas, ut qui Circeis habitet, totum hunc mundum, suum municipium esse existimet. Græcum nomen quod exprimere uoluit hic Cicerō, est *κοινοπολίτης*. ad quod alludens etiam Acad. quæst. editionis secundæ lib. I, dicit, de ueteribus Academicis loquens, Hominum esse censebant quasi partem quandam ciuitatis & uniuersi generis humani, eumque coniunctum cum hominibus humana quadam societate.

CIC. Tuscul. I, Pythagoram autem respondiisse, similem sibi uideri uitam hominum, & mercatum eum qui haberetur maximo ludorū apparatu, totius Græciæ celebritate. Cicerō uidetur tot uerba hic posuisse, quod nullum haberet quo uno uim huius Græci uerbi *πανηγυρις* exprimere posset.

CIC. Tuscul. III, Itaque nihil melius quam quod est in consuetudine sermonis Latini, quum exisse è potestate dicimus eos qui effraenati feruntur aut libidine aut iracundia. quanquam ipsa iracundia libidinis est pars. Sic enim definitur, Iracundia, ulciscendi libido. Græcè, ὀργή, & μωρίας ἔπιθυμία.

CIC. Tuscul. V, Stoicorum quidem facilis conclusio est, qui quum finem bonorum esse senserint, cōgruere naturæ cūmque ea conuenienter uiuere, quum adsit, &c. Idem De fin. III, Quum ergo hoc sit extremum, congruenter naturæ conuenienterque uiuere. Idē De off. III, Etenim quod summum bonum à Stoicis dicitur, conuenienter naturæ uiuere: id habet hanc, ut opinor, sententiā, cum uirtute congruere semper. Sed & Horatius, Viuere naturæ si conueniēter oportet. Vides ut nulla magis apta repererint uocabula quibus Græca hæc exprimerent, *ἡμολογηστέως τῆ φύσιν ἔλω*.

CIC. De diuin. I, Fatum autem id appello quod Græci *ἡμολογηστέως*, id est ordinem seriēque causarum. Vide ut Cic-

ro εἰ μὴ ὅν seriem interpretatus sit. Græci enim εἰ μὴ ὅν πῶ de-
 finiunt εἰ μὴ ὅν αἰτία. Sic & alibi sæpe Cicero seriem pro con-
 tinuatione & quadam uelut colligatione accipit. quod opti-
 me nomini huic εἰ μὴ ὅς & eius etymologiae respōdet. Idem tã-
 men ad hanc fati definitionem alludens in libro De fato, ait,
 An aliter hæc enuntiatio uera esse non potest, Capiet Nu-
 mantiam Scipio: nisi ex æternitate causa causam ferens hoc
 erit effectura? Sed hoc nemini mirum uideri debet, quãuis
 alia sit Græcæ, alia Latinæ uocis notatio, eandẽ utriusque
 significationem esse.

CIC. De fato, Ut in reliquis eiusmodi, natura & contagio na-
 let, quam ego non tollo: uis est nulla fatalis. Cicero hîc uerbũ
 Græcum συμπαθεῖν exprimere uoluit: quod quum lib. De
 diu. II, coniunctionem naturæ & quasi concentum atque con-
 sensum interpretetur, ego malim hîc ea exemplaria sequi
 in quibus pro contagio legitur cognatio.

Ibidẽ, Non enim si alij ad alia propensiores sint propter
 causas naturales & antecedentes, idcirco etiam nostrarum
 uoluntatum atque appetitionũ sunt causæ naturales & an-
 tecedentes. nam nihil esset in nostra potestate, si ita res se ha-
 beret. Cicero ἀρχαὶ καὶ ἀρχαὶ siue ἀρχαὶ καὶ ἀρχαὶ αἰτία uocat
 antecedentes causas. & in nostra potestate, quod Stoici ἐπι-
 μὴν appellant. Paulo pōst principales causas appellat
 κύρια καὶ ἀρχαὶ αἰτία: quum ait, Ut enim ingeniosi &
 tardi ita nascantur, antecedentibus causis, itẽmque ualentes
 & imbecilli: non sequitur tamen ut etiam sedere eos & am-
 bulare & rem agere aliquam, principalibus causis definitũ
 & constitutum sit. Sed hîc quũ principales dicit, præcipue
 κύρια exprimit. aliquanto pōst uim huius uerbi ἀρχαὶ
 explicat, quum ait, Sed interest inter causas fortuitũ ante-
 gressas & inter causas cohibentes in se efficientiam natura-

lem. Atque hinc rursus alio uerbo $\omega\epsilon\sigma\alpha\pi\alpha\rho\kappa\lambda\iota\kappa\acute{\alpha}$ seu $\omega\epsilon\sigma\eta$
 $\gamma\omicron\upsilon\mu\acute{\epsilon}\mu\alpha$ exponit. Sed aduerbium fortuito in neutro horum duo-
 rum includitur: & aliis in locis uocat Cicero causas antegres-
 sus, hoc aduerbium non addens.

Ibidem, Si enim uerum est quod ita connectitur, Si quis o-
 riente canicula natus est, in mari non morietur: illud quoque
 uerum est, Si Fabius, &c. Hinc, Quod connectitur, & alibi
 Connexum dicit quod Stoici τὸ σωμαμύδρον, uel τὸ ἐκ σωμαμύ-
 ρδίων appellare solebāt. Paulo post, Ergo hæc quoque coniun-
 ctio est ex repugnantibus, Et est Fabius, & in mari Fabius
 morietur. $\sigma\upsilon\mu\pi\epsilon\pi\lambda\epsilon\gamma\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\upsilon$ ijdem uocabant quam hinc Cicero
 coniunctionem. Statim post, Ergo illud, Morietur in mari Fa-
 bius, ex eo genere est quod fieri non potest. Græcè $\tau\acute{\iota}\delta\iota\alpha\delta\upsilon$
 $\nu\acute{\alpha}\tau\omicron\upsilon\gamma\acute{\epsilon}\tau\iota$.

Ibidem, Ut quum duo indiuidua per inanitatem feran-
 tur, alterum è regione moueatur, alterum declinet. Indiu-
 dua, $\alpha\tau\omicron\mu\omicron\iota$: quæ alibi, indiuidua corpuscula. Inanitas, τὸ κενόν
 E regione, $\kappa\epsilon\tau\acute{\alpha}\theta\epsilon\mu\omega$. Paulo post, Ad perpendicularum &
 rectis lineis pro eodem dicit: ubi hæc ait, Sed Epicurus decli-
 natione atomi uitari fati necessitatem putat: itaque tertius qui-
 dam motus oritur extra pondus & plagam, quum declinat
 atomus interuallo minimo: id appellat $\epsilon\lambda\acute{\alpha}\chi\iota\sigma\tau\omicron\nu$. quam decli-
 nationem sine causa fieri, si minus uerbis, re cogitur confiteri.
 non enim atomus ab atomo pulsa declinat. nam quæ potest pel-
 li alia ab alia, si grauitate feruntur ad perpendicularum cor-
 pora indiuidua rectis lineis, ut Epicuro placet? Reliqui duo
 motus, quorum Cicero meminit, Græcè dicuntur $\kappa\upsilon\upsilon\eta\sigma\epsilon\varsigma$ καὶ
 $\pi\alpha\rho\epsilon\lambda\kappa\iota\sigma\tau\omicron\nu$ & $\kappa\epsilon\tau\acute{\alpha}\theta\epsilon\mu\omega$.

Ibidem, Nec nos impediet illa ignaua ratio quæ dicitur.
 appellatur enim quidam à philosophis $\alpha\phi\omicron\upsilon\sigma\epsilon\varsigma$ λόγος: cui si pa-
 reamus, nihil omnino agamus in uita. Sic enim interrogat,

Si fatum tibi est, ex hoc morbo conualescere, siue, &c. Paulo post, Rectè genus hoc interrogationis ignaum atque iners noninatum est, quòd eadem ratione omnis è uita tolletur aetio. Obserua hìc ut Cicero uocem λόγον, quam interpretatus erat rationem, continuo post interrogationem appellet. Idem aliquanto post rursus rationem pro ratiocinatione (ut Stoici λόγον ἀπὸ τῆς συλλογισμοῦ) usurpat: quum ait, Itaque illi rationi quam paulo antè conclusi, sic occurrit, Si omnia fato stant, sequi illud quidem, ut omnia causis fiant antepositis: uer non principalibus causis & perfectis, sed adiuantibus & proximis. Sed præterea in hoc postremo loco obserua causas antepositas à Cicerone uocari quas prius antecedentes & antegressas dixerit, ἀποπροσέχοντα uel ἀποπροσέχοντα ἀπὸ πρὸς ἀπὸ πρὸς. quanquam non tam huius quàm illius uocis uis hisce uerbis Latinis exprimitur. Principales autè & perfectas, κύρια καὶ αὐτοπλήρη. Adiuantes causas, συναίτια. Proximas causas, ἀποπροσέχοντα ἀπὸ πρὸς. Antea etiã uocauerat naturalem causam, ἀπὸ πρὸς φυσικόν.

Ibidem, aliquanto ante locum proximè citatum, At si ita fatum sit, Na scetur OEdipus Laio: non poterit dici, siue fuerit Laïus cum muliere, siue non fuerit: copulata enim res est & confatalis, sic enim appellat, sub Chrysippus. Paulo post, Tam enim est fatale, medicum adhibere quàm conualescere. Hæc, ut dixi, confatalia ille appellat. σωματικὰ καὶ ἰατρικὰ quod appellat Chrysippus, Cicero confatale uertit.

CIC. De leg. I, Lex est ratio summa insita in natura, quæ iubet ea quæ facièda sunt, prohibètq; contraria. Paulo post, Lex enim est naturæ uis, ea mēs ratiòq; prudētis, ea iuris atque iniuriæ regula. Cicero prius illud, Quæ iubet ea quæ facièda sunt, prohibètq; cōtraria, ex Chrysippo interpretatur, qui νόμος definitiens, inter cætera ait, δὴ τὸ ἀποπροσέχοντα ἀπὸ πρὸς

ἢ ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν δὲ ἢ ποιητέων. Item hoc posterius, Ea iuris atque iniuriæ regula, ex Chrysippo transfert, qui ait in eadem definitione, δεῖ εἶναι καλοῦσα δικαίων τὰ καὶ ἀδίκων.

Ibidem, Eamque rem illi Græco putant nomine à suū cuique tribuendo appellatam: ego nostro, à legendo. Cicero intel ligit Græcos νόμον uocauisse νόμον τὸ νέμειν.

Ibidem, Nec uerò ferent si audierint, te primum caput li bri optimi prodi disse, in quo scripsit, Nihil curare deum nec sui nec alieni. Hæc sunt ex libro quem Epicurus κωϊκίας δόξας inscripsit. hæc enim illic prima sententia est, Τὸ μακάριον καὶ ἀφάρτοι ἔπι αὐτὸ πρῶτα ἐχθρὰ, ἔπι ἄλλω παρὲς ἑ. Idem Cicero ista quorum hîc sensum tantummodo exposuit, De diuin. II, ad uerbum ita reddidit, Quod beatum ἔστι mortale est, id nec habet nec exhibet cuiquam negotium.

Ibidem, Nam ἔστι uoluptate capiuntur omnes: quæ etsi est illecebra turpitudinis, tamen habet quiddam simile natura lis boni. Plato in Timæo ἰδούτω appellat δέλεαρ κακῶν. ad quæ uerba respicit hîc Cicero, δέλεαρ interpretans illecebrã. quum in libro De senectute uerterit escam. ubi ait, Diuinitus enim Plato escam malorum, uoluptatem appellat.

CIC. De leg. II, Si quis bustum, aut monumentum inquit solò) aut columnam uiolarit, deiecerit, fregerit. Paulo post, Nam super terræ tonulum noluit quid statui nisi columellam, tribus cubitis ne altiorem. Cicero στήλην columnam, στήλην δὲ columellam hîc interpretatus est.

CIC. in Oratore, Itaque qualis eorum motus quos ἀπαλαίσεις Græci uocant, talis horum mihi uidetur oratio qui non claudunt numeris sententias. Paulo post, Sed magnam exercitationem res flagitat, nequid eorum, ἔτι. Paulo antè dixerat, Ut enim athletas nec multo secus gladiatores uide-

mus nihil nec uitando facere cautè, nec petendo, uehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quandam, ut quicquid, &c. Cicero quos ἀπαλαίψεις uocat, satis, ut uides, ex præcedentibus & sequentibus ostendit.

Ibidem, Multæ sunt Demosthenis totæ orationes subtilis, ut contra Leptinem: multæ, totæ graues, ut quædã Philippicæ: multæ, uariæ, ut contra AEschinem falsæ legationis, ut contra eundem, pro causa Ctesiphontis. Obserua hæc ut Cicero interpretetur ὡς ἀπὸ τοῦ Λεπτινῶ, contra Leptinem. ὡς ἀπὸ τοῦ ἑσβείαν, falsam legationem. quum eiusdem uerbi uim exprimere uolens alibi, dicat AEschinem à Demosthene accusatum quòd legationem ementitus esset. Obserua etiam ut ὡς ἀπὸ τοῦ Κτησιφάντος, nō interpretetur, pro Ctesiphonte, sed pro causa Ctesiphontis.

CIC. De orat. I, Cuius rei tanta uis ac natura est, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientissimus uir immortalitati anteponeret. Vide ut Cicero epitheta hæc κραιναὶ & βραχίαι interpretatus sit. utraque enim apud Homerum de Ithaca eo sensu dicuntur: sed βραχίαι est apud illum, metri causa.

CIC. De orat. II, Verborum autem ratio, & genus orationis fufum atque tractum, & cum lenitate quadam æquali profluens, sine hac iudiciali asperitate & sine sententiarum forensium aculeis persequendum est. Idem in Oratore, de historia loquens, Sed in his tracta quædam & fluens expetitur non hæc contorta & acris oratio. Cicero, priore illo loco omnino expressit εἰρομυθῶ λέγειν quam appellat Aristoteles: posteriore & εἰρομυθῶ & καὶ περὶ ἀμυθῶ. Atque hoc eo magis audacter pronuntio, quòd etiam Adrianum Turnebum maximè nominis uirum in eadem opinione esse uideam.

CIC. Epist. ad Att. lib. XIII, epist. XXII, aut ut alij;

XXIII, Scripsit enim Balbus ad me, se à te quintum De finibus librum descripsisse: in quo non sanè multa mutauit, sed tamen quædam, tu autem commodè feceris, si reliquos continueris, ne ἔσθ' ἀδιόρθωτα habeat Balbus ἔσθ' ἑώρα Brutus. Aliquanto post, in eadem, aut ut alij uolunt, proxima epistola, Balbo quidem intelligebam satisfaciendum fuisse: tantum nolebam, aut obsoletum Bruto, aut Balbo inchoatum dari. Vide ut Cicero quod Græcè dixerat ἀδιόρθωτον, Latine inchoatum appelleret: ἑώραν autem, obsoletum.

Eiusdem libri epist. XXVII, de quadam sua ad Cæsarem epistola loquens, Quod enim aliud argumentum epistole nostræ nisi κολακεία fuit? De eadè aliquanto post, uel proxima, (si ita placet diuidere) epistola, ita loquitur, De epistola ad Cæsarem (iurato mihi crede) non possum. nec me turpitudine deterret: etsi maxime debebat. quam enim turpis est assentatio, quum uiuere ipsum turpe sit nobis? Quam κολακείαν dixerat, appellat hîc assentationem.

Ibidem, non multo post, Quid est tu hunc de pompa, Quirini contubernalem, his nostris moderatis epistolis lætaturum putas? Idem Cicero in quadam lib. XII. epistola, De Cæsare uicino scripseram ad te, quia cognoram ex tuis literis. eum σὺν ἑώραν Quirinu malo quam Salutis. Sed hîc Cicero uidetur uocem Latinā paulo lætius extendere. An sint alij præter hos apud Ciceronem huiusmodi loci, uideant ij quibus plus est otij. Antea quoque a notauit eius ex lib. 9. harū epist. locum, ubi ait, Antè sollicitus erā ἔσθ' angebar, sicut res scilicet ipsa cogebat, quum consilio explicare nihil possem: nunc autem, postquam Pompeius ἔσθ' Consules ex Italia exierunt, non angor, sed ardeo dolore. - ἔδ' ἐ μοι ἤτορ ἔμπεδον, ἀλλ' ὀγαλὸς κτημαί. non sum, inquam, mihi crede, mentis compos: tantum mihi dedecoris admisisse uideor. Cicero hîc, uti dixi, quod Græ

cis uerbis exposuerat, Latinis iterum declarare uolēs, particula Inquam, quæ repetitionibus accommodatissima est, u-
titur. Quem locum hic iterum adnoto, ut ostendam, Ciceronē
non solum in diuersis locis (ut superioribus exemplis docui)
sed et in eodem libenter eandem sententiā Latinè et Græ-
cè exprimere. Sed hæc hæctenus.

Loci aliquot superioribus adiungendi.

C I C. De off. I, Omnino qui Reip. præsumunt sunt, duo Pla-
tonis præcepta teneant, unum, ut utilitatem ciuium sic tuean-
tur, ut qui quid agunt, ad eam referant obliti commodorum
suorum: alterum, ut totum corpus Reipub. curent: ne, dū par-
tem aliquam tuentur, reliquas deserant. Plato πολιτ. I, Οὐκ
οὐδ' ἴστω, ἢ ἐγὼ, ἢ Θεοσύμαχος, ἢ ἄλλος ἕδεις ἐν οὐδεμίᾳ
ἀρχῇ, καὶ δοσον ἀρχὸν ἔδει, τὸ αὐτὸ συμφέρον σκοπεῖ ἢ ἢ ἅπαντα
τι, δηλὰ τὸ ἄρχοντι, καὶ ἢ αὐτὰς διμερῶν. Ἐπεὶ οὐκ
νο βλέπων καὶ τὸ ἄκοντι συμφέρον καὶ ἄλλοι, καὶ λέγει ἢ λέγει
καὶ ποιεῖ ἢ ποιεῖ ἅπαντα. Diabius ruginis post, Καὶ ἐνταῦθα
ἀὸ κατὰ φασὶς ἡμέδαται ὅτι ὁ παρ' ὄντι δημῶνος ἀρχὸν οὐ πίφκει τὸ
αὐτὸ συμφέρον σκοπεῖσθαι, δηλὰ τὸ παρ' ἀρχοντι. Illa autem, ut
totū corpus Reipub. curent, ne, dū partē aliquā tuentur, reli-
quas deserāt: apud Platonem leguntur aliquot locis: ex qui-
bus unius tantummodo mihi in præsentia succurrit hic, πολιτ.
VI I, νομοθέτη ἢ τούτου μὲν ὅπως ἐν τῇ ἡμέδαται πόλει διαφερότως
ἢ ἄλλοι, δηλὰ ἐν ὅλη τῇ πόλει τὸ το μνηστῶντα ἐλ' ἡμέδαται. C I C.
eodem libro, paulo post, Miserrima est omnino ambitio hono-
rūmque contentio: de qua præclare apud eundem est Plato-
nem, similiter facere eos qui inter se contenderent uter po-
tius Rēpub. administraret: ut si nautæ certarent, quis eorū
potissimum gubernaret. Plato πολιτ. VI I, Οὕτω γὰρ χαλεπὸν τὸ
πάθος τῷ ἄκοντι πῶς ὁ ἄλλοι πόλεις πεπὸνθασιν, ὡς τ' ἢ ἢ
ἢ ἐν τῇ ἢ ἄλλο τοῖσδε το πῶντος: ἀλλὰ δεῖ ἐκ πολλῶν αὐτὸ ζῶναι

γαλίῳ, εἰκάζοντα καὶ ἀπολοζοῦμενον ὑπὲρ αὐτῶν, οἷον οἱ γράφεις
 τραγέλαφοι καὶ τὰ τοιαῦτα μηχανώτες γράφουσι. νόησον γὰρ τοι-
 ουπονίη ὁ ἴδιον εἶτε πολλῶν νεῶν πῆλ, εἶτε μιᾶς ναύκληρον, μεζέ-
 θη ἰδὲ καὶ ῥώμη ὑπὲρ τοῖς ἐν τῇ νηὶ ἅπαντας, ὑποκροφον δὲ καὶ
 ὀρώματα ὡς αὐτῶς ἔραχ' ἢ καὶ γηγιώσκοντα πρὸς ναυπηγῶν ἔπερα
 τοιαῦτα. τοῖς δὲ ναύταις σασιάζονται πρὸς ἀλλήλους πρὸς τῆς κω-
 βερνήσεως, ἔκαστον οἰόμενον δεῖν κωβερῆσαι, μήτε μαθόντα πώποτε
 τιῶ τέχῃ, μήτε ἔχοντα ἀποδείξαι διδάσκαλον ἑαυτοῦ, μηδὲ
 χεῖρον ἐν ᾧ ἐμάθητε. πρὸς δὲ τοῦτοίς, εἴς.

Cic. in Oratore, Atque etiam ante hunc Aristoteles prin-
cipio artis rhetoricæ dicit illam artem quasi ex altera par-
te respondere dialecticæ. ut hoc videlicet differant inter se:
quod hæc ratio dicendi latior sit, illa loquendi, contractior.
Idem lib. Acad. quæst. 1. Huic quasi ex altera parte oratoria
vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad
persuadendum accommodatæ. Aristoteles sic exorditur suū
primum Rhetoricæ librum, Ἡ ῥητορικὴ ἔστι ἀπίστροφος τῇ
διγλεχπῇ.

s v n t & alii aliquot apud Ciceronē loci quibus quæ
 aliqua ex parte respōdeant Græca verba, apud scriptores
 qui extant, habentur: sed quum de quibus rebus tractant
 ii qui ad nos peruenerunt authores, de iisdem alii multi
 ex illis qui interciderunt, tractauerint, & eos quoque ver
 fauisse Ciceronem, minimè sit dubium: quis scit an non
 quum illorum Græca Latinis Ciceronis tantum aliqua
 ex parte respondeant verba, horum contra verba Cice-
 ronianis planè respondeant? Huiusmodi igitur locos (ne
 incerta certis admiscentes, etiam quæ certa sunt, suspecta
 redderemus) his addere noluimus.

n. i.

Omni adhibita diligentia, ut Græcorum authorum loci quos unâ cū sua Ciceroniana interpretatione hîc habes, minimè mēdosi à me ederētur, efficere conatus sum: ac certè si quis cum vulgatis omnibus eos editionibus conferat, quod dico, verissimum esse comperiet. Sed aliquot in locis uariae sunt ex antiquis exemplaribus, aut ex uariis, à quibus citantur, scriptoribus lectiōnes. quarum eam, ut opinor, quam interpres noster sequitur, optimam iudicare debemus. Sunt uerò & loci nonnulli in quibus ne ipsa quidem uetera mihi exemplaria satisfaciunt. De his igitur omnibus aliquid adnotabo.

Quod autē ad Ciceronis attinet interpretationem, profectò eius plurimi erroris mihi suspecti sunt loci: de quibus tamen nihil hîc dicam: in aliud tempus huiusmodi disquisitionem seruans, & pauca mēda quæ à nostris operis in ea inter excudendum commissa esse puto, adnotare contentus. Vale.

Pag. 2. Verfu σιν | κρίσιν ἀδίκων legisse videtur Cicero.

V. τάζειν | Pro ἀμύχανου in vulgatis editionibus mēdolè legitur ἀμύχανον.

P. 3. V. τα ποιήτι | Lege πεπονθώς.

P. 5. V. ἕ αὐτῶ | Rectius αὐτοῦ, pro ἑαυτῶ.

P. 7. V. μάλιστα | Pro πείσεται γὰρ πείθεται. Cicero πείσει.

P. 8. V. ρως | ὅτι τούτω, &c. In vulgatis editionibus perperam τῶτω.

P. 11. V. ὅσον | λογικόν καί, &c. Sic in vet. exempl. non λογικόν, itidem & paulo pòst. Fortasse tamen aliquis hoc quàm illud malit.

P. 12. V. ἀνάγκης | Pro γήγεσθαι legendum fuerit γήγηθῃ nisi à precedentibus pendere existimemus. Idem & de ἀποτελείσθαι quod sequitur paulo pòst, dicendum est.

V. χωρὶς | ὅπου μὲν οὖν, &c. In vulgatis editionibus perperam ὅπου pro ὅπου.

V. χν | βλέπων ἀεί. Cicero ita vertit quasi ἀεί non subiungatur sed præfigatur participio βλέπων. Eam speciem

quæ semper eadem est (inquit) id est, τὸ καὶ ταυτὰ ἔχον αἰεί.
 Quamquam & pag. proxime sequenti, ubi αἰεί non est, po-
 suit hoc aduerbium Semper.

P. 13. V. εἰκόνα] Si nihil è suo addidit Cicero, ita legit,
 αἰδίον εἰκόνα ὑπὸς αἰδίου ἔστι.

P. 14. V. τε] Pro αὐτῆς αὐτῆς.

V. ὅ, ἢ γὰρ] In vulg. editionibus ὅρ pro γὰρ.

P. 16. V. μαί] ὅσα τε ἄλλα θρέμ. Ita interpretatus est M.
 Tullius, ac si legeretur, κατὰ ὅρ ὅδε ὁ κόσμος ἡμαῖς & τὰ θρέμ
 ματα, ὅσα τε ἄλλα σιώεσθην ὁρατά.

V. γὰρ] τὸ πρὸς ὁκείνω δέοι ζῶον. Docet nos Ciceronis in-
 terpretatio (quod, sine ea, ratio docuisse debuerat) legen-
 dum esse ὅρ ἢ γὰρ ὁκείνο.

P. 18. V. γὰρ] Malim πρὸς ἀλλήλα quàm πρὸς ἀλλήλα,
 vt alibi.

V. αἰς] Puto pro παντός scribendum esse πάντως, & ita
 potius legisse Cicero viderur.

V. ἄξω.] Videtur interpres legisse, aut certe ita ver-
 tisse quasi legerit, ἄξω ἡμῶν σώματα, θερμά καὶ ψυχρά, &c.
 vt adiectiua θερμά καὶ ψυχρά cum substantiuo σώματα nō
 iungantur: sed pro θερμότης & ψυχρότης accipiantur. Nihil
 autem refert siue ξηλωσῶνται siue ξωίωσῶνται legas.

P. 19. V. δὲ, ἐν] Ita legitur in vulgatis editionibus, vt hīc.
 atqui aut ἐν αὐτῷ legēdum, vt conueniat cum αὐτόν: aut vt est
 ἐν, ita etiam sit αὐτό, referendo ad ζῶον.

V. τερον] Lege ἕξιμα σιδύλω.

P. 21. V. πάλιν] μοίρας ὅσαι, &c. Legēdū puto εἰς μοίρας.

P. 22. V. γθεν] κατέπεδον Cicero viderur legisse, non κα-
 τίπμεν. Pro ἀπηνάλωκει autem (in cuius locum positū est
 perperam in Ald. & Germ. editione ἀπηνάλωκει) legitur &
 κατλωαλώκει.

P. 24. V. τον] Cicero legit αὐτῆς non ἐαυτῆς.

P. 26. V. ταυτῆ] Pro ἰουσαντε καὶ κρατορδύλω γὰρ ἰούσης τε
 καὶ κρατορδύλης.

P. 28. V. ὁκτώ] Legendum πρὸς ἀλλήλα pro πρὸς ἀλλή-
 λων.

λα, & πάχη pro ἑλά. contra fidem tamē edit. Ald. & Germ. In quibus etiam habetur πῦτ' αὐτῶ, pro πῦτ' αὐτῶ, ut hic posui: sed melius posuissem πῦτ' αὐτῶ. Lego etiam κατ' αὐτῶ, non κατὰ αὐτῶ, pro quo antea posuit Latinum aduerbium Vicissim.

P. 29. V. ὄσα] Interpunge post ἀσφῶν, non post ζῶα.

P. 30. V. πῆρ'] Fortasse non εἰρηδύα sed πῆρ' εἰρηδύα legit Cicero.

V. σομῶν] Ὅτις δὲ σομῶν λογίζεσθαι, &c. Ciceronem particulā μὴ ante δὲ σομῶν legisse dicamus necesse est.

V. πόρος] Sequendo Ciceronianam interpretationē, legendum αὐτῶ γα, & post ἡμῶν ponenda est σιγή.

P. 31. V. μιμούμ.] δὴ μιν περὶ τῶ, &c. Videtur necessarius esse articulus τῶ ante πῆρ'.

V. αὐτῶ] Pro ἡμῶν legendum ὁμῶν, etiam ex Cicrone: ex cuius itidē interpretatione colligo scriptum olim fuisse δίκην καὶ νόμον ὁμῶν ἐστίν.

P. 40. V. νοῦ] Non μεταρρῦθμηθέντος legitur in vulgatis editionibus, sed μεταρρῦθμηθέντος, malé. Verum μεταρρῦθμηθέντος rectius quàm μεταρρῦθμηθέντος legetur, quia μεταρρῦθμηθέντος potius quàm μεταρρῦθμηθέντος dicitur.

V. Θήκας] Post ἑ] non post χωρίων interpunge.

P. 41. V. καὶ ὄσα] Pro illa lectione quæ est in vulgatis editionibus, καὶ ὄσα τούτων ἑπιτηδεύματα ζῶν ἐπὶ τῶ βίῳ, &c. vetera exemplaria hanc habent, καὶ ὄσα τούτων ἑπιτηδεύματα ζῶν ἐπιταί τῶ βίῳ, quibus etiam Ciceronis interpretationem vides assentiri.

P. 42. V. εἰδέσθαι] In vet. exempl. pro εἰδέσθαι ἑστίν ἑσομαι.

V. ἀμάρειν] In vet. exempl. pro δοκίτε ἑστίν δοκίσηται, quæ sequor.

P. 43. V. καὶ] Pro φρονιμώτερον ἑστίν φρονιμώτερον.

V. πῶ] ἑστίν ἀνθρώπων pro ὡ ἀνθρώπων. Ex Ciceronis interpretatione, utro modo legerit, perspicere nō potest.

P. 44. V. ὦν] ἐπὶ τῶ ὁσμῶν ἀποδύμενος. Mihi (etsi exēplo for

tasse non carens) suspectum fuit hoc participium, antequam in veteri codice legissem, τῆς ὁσμῆς ἀγρίδρος.

P. 46. V. ἔποδον] Nō ὅτω δέοι, sed ὅτε δέοι, legit interpres.

P. 47. V. δὲ τῶ] Hæc omnia verba, πλὴν δὲ τῶ ἀνδρός, ὅτι τὰ ἔξω ἔργα καὶ ἐπιδημίαι, quæ decerāt in vulgatis editionibus, ex veteribus libris addidi.

P. 48. V. ὅτι] Pro καταμαθῶν malè in vulgatis editionibus legitur καταμαθῶν.

P. 52. V. γαθὼν] Pro χυλῶν γῆς χιλῶν. Melior illa lectio. Vide pag. 55.

P. 54. V. δὲ] Pro παρόν Cicero legit μέλλον.

P. 57. V. Κὰν] Pro ἕς γῆς ἕ. & ἀκαρές ἕ ὄχρες, id est ἀκαρεῖς πνα χροῖον.

P. 59. V. λύπη] κακοῦ παροίσιαι. Rectius κακοῦ παρότος.

P. 60. V. Νόσημα] οἴησις σφόδρα, &c. Cicero bis legit hæc vocem: priore loco σφόδρα, posteriore σφόδρα.

P. 61. V. ὅτι τῶ] Legi debet αὐτῶ, ut sit pro ἑαυτῶ.

V. πωείδηπν] In huius nominis locum reponendum existimo πωτήρισιν.

P. 70. V. Οὐδὲ] Videtur legendū esse Οὐδὲ ἕνι κρέμα).

P. 72. V. Αὐτὸς] Melius fortasse ἰὼν quàm ἑὼν.

P. 80. V. Τόξον] ῥύτῃρα τόξου. Sic in vulgatis editionibus, legendum tamen, propter versum, ῥύτῃρα, ut & alibi habes.

P. 82. V. Καί οἱ] Pro δῶκει γῆς δοκέει.

P. 84. V. Νῆες] In vulgatis editionibus legitur corruptè ὅτι τρεῖς. pro quo ex scholiaste & ex veteri codice reposui ὅτι τρεῖς.

V. Ἀνοδῶν] Sic in veteri libro, non ἀνοδῶν. dicitur tamen utrunque, & infra habemus ἀνοδῶν ἐν ἑαυτῶ.

P. 86. V. Οἶός] In vulg. edit. legitur Οἶά τ' ὅκ κεκριμένον. At ego ex veteri exemplari reposui Οἶέθι κεκριμένων.

V. Εν] In vulgatis edit. legitur ἐρεῖ δόδοι. in cuius locum substitui εἰς δόδοι, ex veteri codice. in eius etiam margine, μᾶλλον εἰς δόδοι, πλέον ὁρώμεοι.

V. Διωπὶ κύνων] Sic in veteri libro, non κύνων.

P. 88. V. Κα] μάλα πάλχ. Sic vetus liber προμάλα πολλά.

V. Νῆες] Malim ἀπο scribere quàm ἀπὸ. vt quū dicitur ἀπο θυμοῦ. In veteri tamē libro erat ἀπὸ. quod miror, quum illic hoc esset in ea verba scholium, ἀπο φρενός εἶσι. Εκτός εἶσι λογισμοῦ, μὴ ἐνδιδόντος τῆ κακοῦ σκέψασθαι. ἢ ἀπὸ φρενός εἶσι τῆς νυκτός οἷ], οὐ κτ' βούλησιν τῆς νυκτός, τῶν πα παροισι. πῶς εἶπε γὰρ ὅτι αὐτὴ εἰκλείρουσε τοὺς ἄνδρας, ἐπίησε πολλὰ σημεῖα χμῶτος. Quæ verba inter ea quæ sunt excusa scholia non habentur.

V. Τῶ] In vulg. edit. legitur εἰλυμμένων. At ego ex veteri codice reposui εἰλυμμένον. Cuius etiam margini adscripta hæc erant quæ inter scholia quæ impressa sunt, πῶ extant, Εἰλυμμένων ὅτιν, ἀλλὰ δεῖ τὸ μέτρον τέρας αἰσῆς τῶ εἰς ὁ. διὸ σημεῖον ἔχει ὁ σίγος.

V. Αἰψάπε] Hunc quoque versum à fœdissimo mendo purgavi, quū pro ἀν π πειήσων] reposui ἀρ πα ποιήσων].

P. 100. V. Σῶ] Non παρ' αὐτῶ sed παρ' ἀκρίῳ mihi Cicerō videtur legisse.

P. 108. V. Ερχεῶ] Locum hunc à tribus Græcis authoribus citatum reperio: à Plutarcho in fine τῆ Πῶς δεῖ τὸν ἑστ ποιημάτων ἀκούειν: à Strabone lib. x i i γεωγραφουμένων: à Stobæo λόγῳ ριθ'. ex quo etiam primum versum descripsi quum apud illos, tantū tres sequentes habeantur. Sed melius apud illos in secundo versu τ φώτα, quàm apud hūc τ ζῶντα. vt etiā Ciceronis docet interpretatio: & patet ex Theognidis, ex duobus item vltimis Posidippi epigrammatis versibus, & ex alio ipsius Euripidis loco: longè vero manifestissimum est ex verbo ἔρχεται. nā proprie homo, quo primum tēpore editur in lucem, dicitur ἔρχεσθαι εἰς κακά. nos autem ἐκ ἔρχόμεθα, ἀλλ' ἠδὴ ἠλθομεν. Expunge igitur hīc Stobæi lectionem, & in eius locum eā quæ est Strabonis & Plutarchi, repone. De hoc quoque te admo-neo, pro, καὶ πόνωι πεπαιδύρον, legi in veteri Strabonis ex- plari ὡς πόνωι πεπαιδύρον.

P. no. V. E. φυ] Citantur à Plutarcho ἐν τῷ Ἐπιγραφικῷ βιβλίῳ Ἀπολλώνιον hi versus: sed malè illic in vulgatis editionibus legitur initio secūdi versus Καὶ γὰρ πῶς τελευτᾷ, quū legendum sit Θάπτις τε, vt stet versus. Præterea melius scribitur in veteri codice χ' ἄπειρα quàm χ' ἄπειρος, quia de vno eodémque hoc dicitur, cum sepelire liberos, deinde illis sepultis, alios creare. In eodem pro γεία γ' ἄλλιν.

V. Ως εἶπ] Apud Plutarchū ibidem legitur in hoc versu, Ἴν' εἶπ initio, & in fine φρενὶ pro πατέ.

P. no. V. O. ργῆς] Pro ὀργῆς legitur apud Plutarchū ψυχῆς, de qua lectione vide satis longam disputationem in meis obseruationibus in Æschylū nuper à me excusum, ex Petri Victorii castigatione.

V. Κεῖν] Hoc Sardanapali epitaphium (συγγραφεὺν ἰσὸὸ κείνους βαρβαρικῶς, μετερμυθιδὲν ἢ ὑπερον ἰσὸὸ ἕνος ἔλληρος, vt ait Diodorus Siculus, libro 2, ni fallor) citatur cum ab aliis, tum ab Athenæo lib. 8. & à Strabone lib. 14. apud illū habes eadem verba quæ hîc: nisi quod non λέλειπται legitur, sed λέλωται. perperā certe, vt & ex Ciceronis interpretatione & ex Chrysippi quæ ex hoc effinxit versu apparet. Quanquam ne in veteri quidē Athenæi exemplari aliter legitur quàm λέλωται. Apud Strabonem autē pro σωῖ ἔρωπ legitur μετ' ἔρωπος, quod idem valet: & pro ὄλβια πάντα, ὄλβια κείνα. quam lectionem sequutus Cicero, vertit, illa præclara: ac profectò maiorē habet emphasin hîc κείνα. Expunge igitur πάντα, & in eius locum κείνα substitue. Illud tantum alicui displicere possit quod idem verbum iam fuerit positum initio prioris versus. & ego sanè mihi videor alicubi citatum reperisse hunc versum, cum τῶν non κείν, illo loco.

V. Ηρε] Hos versus castigationes nō paulò quàm vulgò citari soleant, dare possum: planè castigatos, vereor vt possim. Citantur enim à Plutarcho ἐν τῷ Ἐπιγραφικῷ βιβλίῳ Ἀπολλώνιον. cuius libri vulgatæ editiones hanc lectionem in primo versu habēt, Ηρε γήπιε ἠλίαι φρένας ἀβδράων. & in

tertio hęc, Οὐκ ἔστι γὰρ ζῶειν καλόν, ὅτε γονεῦσι. At in vet. exē:
 eam reperi lectionē quā à me positā vides. Nūc verò re-
 perio longe meliorē ex alio codice, antiquo & ipso, nimit-
 tum vt vocatius ἡλίσι ε (apud Ciceronē scribitur τῆς ἑ-
 cūda syllaba) nō expungatur, sed post eū ponātur illa ἡλί-
 διοι φρένες. & ita versus integer erit Ηρε νήπιε ἡλίσιε ἡλίδιοι
 φρένες ἀνδρῶν. Sed adiuuare velim hęc veteris libri lectio-
 nem elisa in ἡλίσιε per apostrophū litera ε. Iā igitur illud
 vnum ἥρε superest quod facessere nobis possit negotiū.
 Aliquando existimaui legendum esse ἥπου, id est Equidē:
 at nunc mihi illa lectio nescio quomodo nō placet. Scio
 autē quid ἥρε significare soleat: sed eius significatio locū
 hīc nullo modo videtur habere. De hoc quoque te admo-
 neo, in tertio versu legi etiam καλὸν αἰπέρι, οὐτε γονεῦσι.

P. 130. V. φάγη] Rectius ἢ quā ἦ.

P. 239. V. m] Lege σμειλοχῶς.

P. 141. V. apud] ἡβηδὸν δόπο θανεῖν, &c. Apud Strabonem
 hęc citantem legitur ἀπάγξασθαι pro δόπο θανεῖν, nec addi-
 tur πᾶσι. Potius ἀπάγξασθαι quā δόπο θανεῖν legit Cicero.

IN LATINIS VERBIS EMENDANDA.

P. 30. rur.] Errorē. Sic oēs editiōes, sed repono terrorē.

P. 46. V. rara] Hęc primō. Sic in edit. vulgatis, sed ausim
 reponere promo.

P. 81. V. iam] Rectius Nocte quā Nocti.

P. 85. V. Inter] Expunge distinctionē post videntur.

P. 115. V. Vestronē] Lege Nemeus.

P. 133. V. sunt] Repone ego pro lego.

P. 135. V. lud μαστ.] Post hęc verba, generalius est, adde-
 ῥα nō dicit ad quē μαρτυρομήνης. Cic. autē addit, ad Apoll.

P. 140. V. tique] Repone Erga pro Ergo.

P. 142. V. tis κρείας] Pro Prior lege Prima, vt alibi.

P. 183. V. traria] Lucullo οἰοῖον. Lege οἰκῖον.

P. 186. V. diu.] Pro Coniunctionem legitur Cognatio-
 nem. quam lectionem ipse alibi sequutus sum. ideo ma-
 gis audacter pronuntio legendum hīc esse Cognatio.

FINIS.